



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Julii Pacii A Berica I. C. Isagogicorum In Decretales


[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)


RB.
135
134
133
132
131
130
129
128
127
126
125
124
123
122
121
120
119
118
117
116
115
114
113
112
111
110
109
108
107
106
105
104
103
102
101
100
99
98
97
96
95
94
93
92
91
90
89
88
87
86
85
84
83
82
81
80
79
78
77
76
75
74
73
72
71
70
69
68
67
66
65
64
63
62
61
60
59
58
57
56
55
54
53
52
51
50
49
48
47
46
45
44
43
42
41
40
39
38
37
36
35
34
33
32
31
30
29
28
27
26
25
24
23
22
21
20
19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1
0

JULII PACII
A BERICA
I. C.
ISAGOGICORUM
IN
DECRETALES.

gatur
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135

ANNO M DCC XX.





LIBRI PACII
A. BERICA
I. C.
DOCTORUM
IN
CRETALIA
ANO M. DCC. XX.


U
A
regula
nem se
um sp
tius r
ape ci
mentis
criptu
cretale
um i
Pontif
spon
pacit
ales



JULII PACII
A BERIGA I. C.

ISAGOGICORUM IN
DECRETALES.

P R Æ F A T I O.

 *On solum jure civili in nostris fo- 1
ris utimur, sed etiam jure Ponti-
ficio. §. Pontificium dicitur, quia 2
Romanum Pontificem auctorem
habet: vel Canonicum, quasi
regulare, quia canon significat constitutio-
nem ecclesiasticam. dist. 3. in pr. Et si vocabuli
species, idem est Grecis Canon, quod La-
tine regula. dist. ea. can. Canon. §. Hoc jus 3
sepe civili pravalet, ex illius tamen funda-
mentis sumptum, Et ad ejus imitationem con-
scriptum est: nam Decretum Pandectis, De-
cretales Codici proportionem respondent: ut
in Codice Imperiales, ita in Decretalibus
Pontificia constitutiones continentur: Et ut
responsa prudentum in Digesta, ita Patrum
sententia in Decretum relata sunt. §. Decre- 4
tales igitur epistola sunt constitutiones sum-
a morum*

5 morum Pontificum, quae viam legibunt. Haec diversis temporibus condita, cernuntur in voluminibus sunt conclusa. Dicitur igitur alia sunt Gregoriana, alia Iudaeica, alia Clementina, alia extravagantes Gregorianas voco, quae jussu Gregorii Pontificis a Raymundo capellano & penitentiario in unum volumen & in congruos titulos sunt digestae eodemque Pontifice approbatae. Haec vocantur Decretales. Similiter Bonifacianas appello, quae Bonifacii Pontificis mandatae Guilielmi Archiepiscopi Ebrundunensis, Berengarii Episcopi Biterrenensis, Richardi Vice-cancellarii recognita, & aliorum Decretalium collatae sunt. Sexta dicitur: quia quinque libris Gregorianis dicitur. Clementinas vero Clemens papa edidit magna ex parte in Concilio Viennensi. Ioannes autem vigesimus secundus, eius Papatu successor, in unum volumen reiecit. Extravagantes dicuntur novae Pontificum constitutiones, quae extra tria illa Decretalium volumina quodammodo vagantur. Nam posteriores auctores appellarunt extravagantes, quas veteres nominabant Novellas, Graecis vocantur. Sunt autem aliae extravagantes in annis vigesimi secundi, aliae, quae vocantur communes, diversorum Pontificum. Sed quae vero Gregorii Decretales tempore ac perfectione primam locum obtinent? nec sunt in se

quentibus Decretalium voluminibus alii tituli,
ut alio ordine collati, quam in Decretalibus
Gregorianis: sed illud tantum discrimen est,
quod Gregoriana compilatio plures habet ti-
tulos, qui in aliis compositionibus desideran-
tur: idcirco Gregorianos titulos explicare nobis
sufficiet. Ad hos igitur eadem methodo enar-
randos accedo, qua juris Civilis titulos in supe-
rioribus voluminibus exposui.

LIBER I.

Decretalium libri quinque sunt. Primus
continet juris primordia, quæ Justinianus
appellat τὰ πρῶτα? nam ea, de quibus Ju-
stinianus primo libro Codicis & prima Dige-
storum parte tractat, Gregorius in primum
Decretalium librum retulit eodem fere ordi-
ne, nisi quod loco titulorum, qui sunt apud
Justinianum de officio diversorum magistra-
rum, Gregorius varios titulos posuit de
prælati & eorum officiis. Itaque hujus pri-
mi libri sectiones tres sunt. I. De Deo, &
fide. II. De jure. III. De prælati & cleri-
cis. IV. De pactis & transactionib. V. De
postulantibus, & procuratoribus, & syndicis.
VI. De restitutionibus in integrum. VII. De
arbitris compromissariis. Hæc sunt, quæ Ju-
stinianus τὰ πρῶτα vocat, & eodem ordine

in Pandectis & Codice considerat. Quæ
 propter in hoc sectionum ordine, jam ante
 in Digestis exposito, & in iis quæ jam in
 tibus Juris civilis enarrandis docui, frustra
 petendis, tempus non teram: sed alia,
 mihi utiliora videbuntur, proponam.

Tit. I. *De summa Trinitate, & fide
 Catholica.*

Prima pars hoc primo titulo continetur
 qui est etiam primus titulus Codicis.

II. De constitutionibus.

Sequitur secunda pars, quæ est de jure
 autem jus partim scriptum, partim
 scriptum. Initium sumit conditor
 cretaliū, a jure scripto, quod vocatur
 stitutio, & dividitur in civilem & ecclesiasticam.
dist. 3. c. 1. sed hic potissimum de ecclesiastica
 agitur, quæ appellatur canon. *dist. 3. c. 1.*
 23. *c. cano. §. Constitutiones ecclesiasticæ*
 decreta pontificum, & statuta conciliorum
*c. ult. & Inf. lib. 6. c. 1. & in præfat. Clem. 1.
 dudum. & d. dist. 3. c. 3. §. porro & xxv. q. 1.
 sunt quidam.* Adde, vel sub pontificum
 cretis comprehendi etiam statuta a sedis Apo-
 stolicæ legatis. *Inf. de offic. lega. c. 1.
 & de locat. & conduc. c. 1. & de consue-
 quin. & affin. c. 3.* statuta vero in particu-
 bus conciliis, vel ab episcopis, vel capitulis,
 vim particulatium constitutionum habent,
ex literis. II. & interdum egent confirmatione
 sedis

habeant. *c. cum dilecta. 22. & Inf. de iure*
 2 *præben. d. constitutus. §.* Ex dictis patet rescripta differre a decretalibus epistolis: quia decretales epistolæ sunt generales constitutions. *dist. 19. §.* Rescripta dividuntur I. In Apostolica, Imperialia, & Episcopalia, ut ex definitione manifestum est. II. In generalia specialia *c. i. c. pastoralis. 14. §. quoniam. 15. des 15.* III. In monitoria, præceptorioria & executoria *capitulum. 30. c. ex insinuatione. 37. cap. literis. 39.* Præceptoriorum appellatio etiam inhibitoria rescripta comprehendit. Nam qui aliquid inhibet, certe præcipit ne id fiat & inhibito seu prohibito nihil aliud est quam præceptum negativum. Unde inter iuris præcepta non solum ponitur honeste vivere, sed etiam unum cuique tribuere, sed etiam alterum lædere. Jam vero inter monitoria & præceptorioria Doctores distinguunt: quia monitoria communiter concedi solent absque causa cognitione, & cum illa clausula, *si senseris gravatum*: præceptorioria vero causam cognitionem requirunt, nec solet dicta clausula illis apponi. *Sup. 1. in l. quoties. C. de filiis com. art. in l. filiusfamil. §. Divit. in fi. & Inf. in 1. lect. num. 115. & in 2. lect. num. 175. D. delegat. Inf. Mandos. in tracta. de iur. nit. quest. 2.* Præterea gloss. in *d. c. ex insinuatione* hunc Romanæ curiæ mortem notari primo mittantur literæ monitoria, deinde

receptoriam, tandem executoriam sed Joh. And.
 notat hunc ordinem hodie non servari, nisi
 quandoque super receptione monialium. Addi
 potest quartum membrum, id est rescri-
 pta permissoria, ex c. 4. *Inf. lib. 6.* ubi in sum-
 mario vocantur literæ facultatis. IV. In jure
 communi consentanea, veluti ut liceat ap-
 pellare: & aliena a jure communi, veluti
 ut liceat appellare. c. 1. Illa vocantur literæ ju-
 ratis, hæc appellantur literæ gratiæ in sum-
 mario. *cap. postulasti. 27. §.* Nota primo, re-
 scripta impetrari posse tam ab actore, quam
 a reo. c. 3. c. *cum coniungat. 24. cum sim.*
 Sed rescriptum ab excommunicato impetra-
 tum, ipso jure non valet, nisi super excom-
 municationis vel appellationis articulo
 impetratum sit. *Inf. lib. 6. c. 1. §.* Nota se-
 cundo, propter vitium in verbis admissum
 contra regulas linguæ Latinæ, rescriptum red-
 dit suspectum & inutile. c. *ad audientiam. 11.*
 Nota tertio, rescripta impetrata per subre-
 ptionem, id est, expressa falsitate, vel per
 corruptionem, id est tacita veritate, non va-
 lent. *Inf. de si. instrum. c. 7.* nisi is, qui impe-
 travit, dolo careat, & idem impetrasset, si fal-
 sum tacuisset, aut verum dixisset. c. *super lite-
 ras. 20. §.* Nota quarto, si in rescripto non
 sit inserta clausula, si preces veritate nitantur,
 iure civili rescriptum non valet. *C. d. divers.
 rescripti. l. ult.* quæ canonizata est xxv. q. 2. c.
de summi. 16. §. Imperator Zeno, contrarium ta-
 men

men statuitur. *Inf. c. 2.* ubi hæc clausula sub-
 8 auditur, & ita rescriptum sustinetur. §. Nota
 quinto, leges, quibus cavetur ut rescripta con-
 tra jus, nisi impetranti profint, & necesse
 ob sint, vel contra publicam utilitatem
 valeant, esse canonizatas *xvj. quasi. 4. et*
benimus §. rescripta. §. xxv. q. 1. c. ult. §. in
vero. §. item consuetudo §. q. 2. c. nec dicitur
14. c. rescripta. 15. c. dicenti 16. in pr. §. in p.
 9 *10 Anastasius. §.* Nota sexto, si directæ
 scripta a partibus proferantur, si quidem
 posteriore fiat prioris mentio, posterior
 valere, sin minus, standum priori rescripto
c. 3. nisi is, qui prius rescriptum impetra-
dolo vel culpa non sit eo intra annum
c. si autem 12. plerumque 23. aut alterum
 scriptum sit generale, alterum speciale, quæ
 distincte speciale prævalet. *c. 1. §. c. post*
 10 *14. §. quoniam. §.* Nota septimo, rescripta
 quibus beneficia conferuntur, latissimam
 accipere interpretationem. *Inf. de verb. sig.*
c. olim. 16. alia regulariter anguste accipi-
 contra impetrantem. *Hofstiens. Inf. de offi-*
lega. §. quib. modis ejus jurisd. prorogatur
quamvis enim fatear. quia multi rescripta
 impetrantes abutuntur gratia sedis Apostolicæ
c. sedes. 15. c. nulli. 28. §. c. ult. contra
 tem quædam clausulæ, quarum interpretatio
 ex Decretalibus constitutionibus manifestata
 est, & inde peti debent. *c. 4. c. scilicet*

c. pastoralis. 14. §. quoniam. c. sedes. 15. ea. causam. 18. c. postulasti 27. c. mandatum 38. c. literis. 39. c. abbatem. 40. c. ab excommunicato. 41. & Inf. lib. 6. c. quamvis. 8. c. si propter. 10. & Inf. Clemen. ult. §. Nota octavo, cum, qui malitiose utitur rescripto, ejus beneficio privari, & in expensas atque id quod interest adversario condemnari. c. ultim. §. 12

Nota nono, ea quæ contra formam rescripti sunt, infirmari. c. cum dilecta. 22. vers. didum.

IV. De consuetudine.

Hactenus de jure scripto: jus autem non scriptum est consuetudo, qua *D. de legib. & c. qua sit longa consuet.* Absoluta est hujus libri secunda pars, quæ est de jure: sequitur tertia de clericis & prælatis ordinandis, eorumque officiis.

V. De postulatione prælatorum.

Via modo per postulationem, modo per electionem episcopi ac ceteri prælati promoventur. *c. 3. in fin. c. 4. §. ceterum. & inf. l. prox. c. innotuit. 20. & c. scriptum 40.* initio de his duobus promovendi modis dicendum videtur. §. Postulatio est concors capituli petitio, ut is promoveatur sive adsumatur, qui non propter animi vel corporis vitium, sed ob alium defectum eligi nequit, propter quem non est inhabilis ad prospiciendum ecclesiæ, veluti quia est minor triginta annis, aut laicus.

- 3 §. Inter postulationem & nominationem
Andr. in d. c. 3. gloss. ult. sic distinguit: quod
 postulatio est solemnis, nominatio non est so-
 lemnis. Hostiensis autem in §. *quis postula-*
fit. vers. ideo dixi. aliam differentiam ponit:
 postulatio est unius certæ personæ, nomi-
 natio vero est plurium personarum designatio
 ut una ex his promoveatur. Nam Hostien-
 sis in §. *qualiter fiat postulatio.* non putat
 postulationem requirere aliquam solemnitate
 sed quacunque forma fieri posse. Distingui-
 nem Hostiensis probat per *c. quod sicut.*
- 4 §. Nota primo, eos tantum posse postulare
 possunt eligere, licet ii possunt postulare
 qui non possunt eligi. *Inf. t. prox. d. c. in*
- 5 §. Nota secundo, postulationem & electionem
 non posse simul jungi: veluti, *Eligo postula-*
do, Postulo eligendo, Eligo & postulo inf.
- 6 c. 1. §. Nota tertio, ut postulatio valeat,
 cere, si major & sanior pars capituli con-
 tiat. *de his qua fit a maj. par. cap. c. 2.*
dist. 65. c. 1. 2. 3. sed si alium major pars
 stulet, alium minor pars eligat, uterque autem
 tam postulatus, quam electus, admitti possunt
 tunc, ut postulatio prævaleat, opus est
 duplo major sit pars postulantium, quam
 eligentium: alioquin electio prævalebit.
- 7 *Inf. t. p. ox. c. scriptum. 40.* §. Nota quod
 postulantes non posse a postulatione, qua
 periori est præsentata recedere, sed superioris
 iudicium expectare. *c. 4.*

VI. De electione & electi potestate.

Electio est alicujus personæ idoneæ ad
 prælationem vel fraternam societatem ca-
 nonice facta vocatio. *Hosiens. in §. 1. &*
dist. 1. in ver. vera postulatio de postul. lib.
 §. Electio prælati ad collegium pertinet, 2
 ad eos qui pacto vel privilegio vel consue-
 tudine, hoc jus obtinuerunt. *Inf. de cau. poss. &*
prop. c. 3. & 16. q. ult. c. ult. Hosien. in §. quis
eligere, nisi jure prohibeantur, ut pupil-
Inf. lib. 6. c. ex eo quod. 32. in pr. & late. c.
de sancta. 51. c. Massiana. 56. & lib. 6. d. c. ex
quod. §. 1. & dist. 63. & absentes, qui nec
 per literas votum suum declarare, nec extra-
 neum procuratorem dare, sed tantum uni vel
 pluribus ex collegio seu capitulo vicem suam
 mandare possunt. *Inf. lib. 6. c. si quis justo.*
 §. Eligi debent idonei, non jure prohi- 3
 biti: verbi gratia, minor triginta annis, vel
 imperius, vel indoctus non debet in episco-
 pum eligi. *c. cum in cunctis. 7. §. In electione 4*
 citandi citari debent omnes, qui habent jus
 eligendi, ut possint interesse, si velint: alio-
 quin electio non valet: nisi is, qui non cita-
 tus absuit, eam postea ratam habeat. *c. quod*
dist. 28. & c. coram dilecto. 35. §. Fit autem 5
 electio tribus modis. I. Per scrutinium, cum
 presentibus omnibus, qui debent & volunt
 & possunt commode interesse, adsumuntur
 nomina de collegio fide digni, qui secrete & sigil-
 latim

71

latim vota cunctorum diligenter equantur
& in scriptis redacta mox publicentur in
comuni: tuncque is eligitur, in quem
vel major & sanior pars capituli con-

II. Per compromissum, cum eligendi pars
aliquibus viris idoneis committitur, qui
omnium loco vacanti prospiciant. Illi
in inspirationem, cum simul omnes electi
quasi divino impulsu commoti, statim
præcedente tractatu, in unius electione

6 sentiunt. *c. quia propter 42. §. De sermo-*
nota. I. Si plures sint electiones, non
certe, quod aliquis a pluribus eligatur
alii, nisi pars, quæ hunc eligit, sit major
totius capituli. c. ecclesia vestra. 38. & inf.
6. c. si cui eligendi 23. Sed in electione

hoc est speciale, ut si quis a paucioribus
duabus Cardinalium partibus electus,
Papa se gerat, excommunicationi subiacet
& sacri ordinis privatione mulctetur. *c. 6.*

Si altera pars eligentium numero præce-
tera eligentium auctoritate, & electi
præcellat, neutram electionem valere;
conjunctionem requiritur, ut a majore & saniore
parte sit electus. *c. ecclesia vestra 57.*

Si autem alterius partis numerus duplo majore
ejus electio indistincte valet, non admittitur
quæstione de auctoritate eligentium &
tis eorum qui electi sunt. *Inf. lib. 6. c. si quis
do. 9. dummodo electus sit idoneus: ab-*

in confirmabitur electio personæ idoneæ a
 minori parte facta. *c. dudum 22.* III. Publi-
 catum scrutinium non posse electores variare,
 sed faciendam esse collationem, & celebra-
 tam electionem; ad quod per superiore[m],
 si opus erit, compellentur. *c. cum inter ca-
 nonicos 21. vers. non obstante & c. publicato.*
 §. De compromissaria electione nota, I. 7
 posse vel uni. *c. causam que 8.* vel duobus
 pluribusve electionem committi. *c. in causis.*
c. cum injure 33. c. cum in veteri. 52. II.
 Non tantum posse committi iis, qui sunt de
 collegio seu capitulo, *d. c. in causis d. c.*
in iure. dist. c. cum in veteri. sed etiam
 his, qui sunt extra collegium vel capitu-
 lum *d. c. causam qua.* III. Posse quosdam
 a capitulo eligi, qui non eligant præla-
 tum, sed alios electores ipsius prælati. *d. c. in*
causis. IV. Commissionem non posse revo-
 cari, si res desit esse integra: desinere autem
 esse integram, cum in tractatu de electione
 præcesserunt. *d. c. in causis.* §. His de electio- 8
 ne expositis, dicendum de electi potestate,
 quæ est electionis effectus, & posteriori par-
 te rubricæ proponitur. Electi potestates tres
 sunt. I. Potest electioni suum adsensum præ-
 bere intra mensem, ex quo sibi fuerit electio
 a electoribus præsentata, & suus adsensus
 petitus: quod electores, quam primum
 commode possunt, facere debent. *Inf. lib. 6.*
 cap.

cap. 6. II. Potest res ecclesiasticas administrare, & ea quæ sunt jurisdictionis exercere, ut corrigere, excommunicare, conferre, confirmare, non tamen statim ac electionis sensu, sed postquam a superiore fuerit firmatus. cap. 7. §. 1. c. *transmissam*. 15. l. 6. c. 5. III. Postquam fuerit conlectus ea peragere poterit, quæ sunt ordinis, ut clericos ordinare, vel deponere, ecclesias parochialia consecrare. c. *quod sicut*. 28. §. *super*. Nota conjugale vinculum inter Ecclesiam prælatum contrahi per electionem & electionis sensum. c. *cum inter canonicos*. 21. *vers. dissonantia vestra*. per confirmationem. *Inf. tit. c. 2. vers. sicut autem*. nempe electionis electi assensu initiari, confirmatione ratificari, consecratione consummari intelligitur. *Inf. tit. prox. c. ult.*

VII. De translatione Episcopi.

EX posteriori parte rubricæ præcedentis oriuntur sequentes tituli, quibus electionis testas limitatur modis. §. Prima limitatio est, quia si episcopus ab ecclesia, cujus est episcopus, ad aliam transferatur: potestatem quam in illa ecclesia habebat, amittit, et in hac accipit. Translatio namque episcopi, quæ & mutatio dicitur. *vij. q. 1. c. rationes*. 35. nihil aliud est, quam dissolutionis vinculi, quo episcopus cum priori ecclesia junctus erat, & ad alteram ecclesiam translatio.

cap. i. prox. c. in causis 30. in fi. & de post. pralat.
2. in fin. & c. 4. in fin. §. Nota primo; sicut 3
 ecclesia non potest episcopum suum dimitte-
 re, & alium in ejus locum substituere, ita epi-
 scopum non posse relicta sua ecclesia ad aliam
 transire, nec sponte sua, nec a populo at-
 tractum, nec aliis episcopis suadentibus, sed
 si id fecerit, utraque ecclesia privabitur. *c. 3. &*
vij. q. 1. c. sicut vis. 11. c. si quis episcopus 32. c.
si quis de ordine. 33. c. sicut alterius. 40. immo
 ne quidem permissione metropolitani cui
 subest, sed auctoritate tantum & permisso se-
 dis Apostolicæ id ei facere licet. *cap. 1. 2. &*
ultim. §. Nota secundo, si cui Papa permisit, 4
 ut ad majorem dignitatem vocaretur, eam
 non potest adsumere, hanc Apostolicam conces-
 sionem accipiendam esse anguste; ita ut non
 liceat minorem, vel parem suscipere. *d. c. ult.*
 Nota tertio, translationem fieri vel propter 5
 utilitatem, quia verisimile est episcopum ma-
 gis profecturum: vel propter necessitatem,
 quia non potest in ecclesia, in qua residet, ob
 persecutionem seu metum hostilem officio
 suo defungi: quo casu, necessitate cessante,
 ad priorem ecclesiam redire debet. *vij. q. 1.*
c. mutationes 35. c. scias. 36. c. omnis 37. c.
episcopus de loco 38. cap. pastoralis 43. §. Nota 6
 quarto, episcopum etiam invitum transferri,
 secundum *Goffr. & Host. in §. qua sit causa*
transferendi.

VIII. De auctoritate & usu pallii.

- 1** Secunda limitatio non convenit simplicibus episcopis, sed est propria archiepiscoporum, & patriarcharum, qui sine pallio non sunt concilium convocare, chrisma consecrare, ecclesias dedicare, episcopos vel clericos ordinare. *Sup. de elect. c. quod sicut 28. §. eo & destin. 100. in pr. & c. 1.* Unde transfertur episcopus ad archiepiscopatum ei pallium transmittitur. *Sup. de postul. lat. cap. 4. in fin.* Simplex autem episcopus pallio non utitur, nisi cui specialiter a Romana ecclesia sit tributum. *Inf. de presump. pen. §. Pallium est insigne archiepiscopatus de Beati Petri corpore sumptum. Sup. de elect. c. 4.* In quo a sede Apostolica officii officialis plenitudo cum archiepiscopalis ministerii appellatione confertur. *c. 3. & In priv. c. antiqua 23.* ubi omnibus patriarchis conceditur, ut suis suffraganeis pallium habere possint. **3** §. Hujus pallii traditio objectionibus vel defectus non differtur, nisi obsecratur, se non malitiose id agere, & se obnoxiet ad poenam talionis, & in promptu habeat probationes, id est, intra duos menses die collati archiepiscopatus numerum probet id quod objicit. *Inf. extrav. un. de auctoritas pallii dicitur potestas, quam habet archiepiscopus accepto pallio synodum convocandi, consecrandi, & similia peragenda.*

tituli notavi. §. De usu pallii, quæ est
 secunda rubricæ pars, duo notentur. I. So-
 lum Romanum Pontificem ubique, dum
 missarum solemnia celebrat, pallio uti posse:
 alios nec semper nec ubique, sed tantum cer-
 tis, id est, solemnibus diebus, in provinciæ
 hæc ecclesiis posse uti. *c. 1. 4. & pen.* Extra
 provinciam pallio uti non licet, etiamsi con-
 sætudo id permittat, nisi cui speciali gratia a
 Sede Apostolica concessum sit. *c. 5.* II. Pal-
 lium esse personale, ita ut personam non
 transeat, & alteri commodari nequeat, cum
 suo autem quisque pallio sepeliri debeat. *c. 2.*
 Posthæc, quia in hoc titulo distinximus in-
 ter simplices & superiores episcopos, scien-
 dum est, simplicem episcopum in aliqua ce-
 librosi civitate, metropolitanum in tota ali-
 qua provincia, patriarcham seu primatem in
 pluribus provinciis ecclesiæ præesse: omni-
 um primum & caput esse Romanum Pontifi-
 cem, qui est senioris Romæ episcopus & pa-
 triarcha, & hodie Papæ appellatione signifi-
 catur, cum hoc nomen olim omnibus epi-
 scopis commune esset. Primum locum post
 Romanum Pontificem obtinet Patriarcha
 Constantinopolitanus: secundum Alexan-
 drinus: tertium Antiochenus: quartum Hie-
 rosolymitanus. Archiepiscoporum appel-
 latione modo significantur alii Patriarchæ, ut
 Aquilejensis, Cantuariensis, Bituricensis,
 dist.

modo accipitur pro metropolitanano, *dist. 11. c. 2. & ibi gloss. in ver. Archiepiscopus*
dist. c. 1. Ergo Romanus Pontifex omnium
 præest: sub eo sunt Patriarchæ metropoli-
 ni: sub metropolitanis simplices Episcopi.
 Hi tamen omnes a summo ad infimum
 cantur Episcopi. *Inf. de privil. d. c. 1. & c. 2.*
& distinct. 21. d. c. 2. §. ordo. c. 3. & c. 4.
distinct. 22.

IX. De renunciatione.

Tertia limitatio est: quia juri suo renun-
 cians, eo privatur, adeo ut per potestatem
 tiam non habeat ad id regressum cui renun-
 vit, nisi ob restitutionem, vel novam
 2 cessionem. *c. 2. 3. & 6. §.* Sed ut renun-
 teneat, hæc requiruntur. I. Ut sponte
 bera voluntate fiat. *c. 5. Inf. de his que in ecclesi-
 rusve caus. fiunt. c. 2. & 4.* II. Ut ex
 causa fiat, veluti ob conscientiam crimina-
 debilitatem corporis, defectum scientiæ
 litiam plebis, grave scandalum, & im-
 ob irregularitatem personæ, veluti si
 mus, aut viduæ maritus, ut late explicatur
c. nisi cum pridem. 10. III. Ut superioris
 missu & in ejus manibus fiat, *c. cum in
 is 8. & c. ult.* unde non videtur Papa
 renunciare Pontificatui, cum nemo
 beat superiorem, a quo hoc sibi conceditur
 & in cujus manibus renunciaret. Sed
 stinus quintus statuit, ut Papa libere

signare, moxque ipse resignavit. Ejus statum Bonifacius octavus in Papatu successor refert, probat, & inter alias constitutiones edidit. *Inf. lib. 6. c. 1.*

X. De supplenda negligentia pralatorum.

Quarta limitatio est propter negligentiam pralati, propter quam jure suo privatur. *3. & 4.* quod ad vicem illam, in qua negligentiam commisit, sine prajudicio in futurum. *c. 2. in fin. & Sup. de elect. c. ne pro defectu. 41. §. Negligentia (ut Hostiensis defini-*

est) est ejus quod fieri debet & potest, omissione. §. Deprehenditur negligentia pralati I. 3

si lapsu temporis, si ultra tempus a Lateranensi concilio definitum. *c. 2. 3. 4. & ult. hoc ultra sex menses, prabendæ, sive aliquod*

ecclesiasticum officium vacare permiserit. Inf. de concess. praben. c. 2. Sed ecclesia cathedralis vel regularis ultra tres menses pralato vacare non debet. *Sup. de elect. d. c. ne pro defectu & dist. 50. c. postquam. 12. & dist. 63. c.*

II. Trina monitione, cum episcopus monitus non vult abbati benedicere. *c. 1.*

Suppletur interdum per superiorem. *Sup. de elect. d. c. ne pro defectu.* ut per episcopum

suppletur negligentia capituli. *Inf. de concess. praben. c. 2. vers. quod si ad capitulum.* vel regularium. *c. 2. vers. & nisi & Inf. Clem. un.*

per Archiepiscopum negligentia episcopi, & capituli. *Sup. de elect. c. 7. §. ult. & Inf. de*



concess. praben. d. c. 2. vers. si autem & c. c. cum simus. 3. & per Papam negligentia archiepiscopi. cap. 3. & per delegatum negligentia ordinarii. Inf. de offic. jud. delegat. c. prudentiam. 21. §. pen. vers. qui si malit & §. ult. in fin. Interdum per inferiorum negligentia episcopi suppletur per capitulum. Sup. de elect. d. c. 7. §. ult. & inf. de elec. prab. d. c. 2. & Inf. lib. 6. c. 3. & d. c. 5. volumus 2. Interdum ipso jure. c. 1. §. 1. sius aut suppletur eo facto quod negligentia fuit, ut in dictis juribus; aut dato vicario qui id faciat. Inf. lib. 6. cap. ultim.

XI. De temporibus ordinationum, & quibus ordinandorum.

Quinta limitatio est; quia praelatus, antequam per consecrationem ordinandus, ea, quæ ordinis sunt, ut clericorum, ecclesiarum, & altarium consecrationes, & numerum benedictiones, peragere non potest. ² Sup. de elect. c. quod sicut. 28. super 1. Ordinatio est personæ ecclesiasticæ consecratio, per quam gratia & potestas obeundorum ecclesiasticorum munerum confertur. ³ In hoc jure tractatus de ordinatione tres sunt partium prima generalis, reliquæ duæ speciales. ⁴ prima altera est de praelatis, altera de quibusdam personis, de quibus merito dubitatur. ⁴ test, an sint ordinandi. §. In generali imp.

collatione quatuor quæstiones dissolvuntur. Pri-
 ma quæstio est, quo tempore aliquis ordina-
 ri possit. Pro cuius quæstionis solutione di-
 stinguendum est inter majores, & minores
 ordines. In majoribus ordinibus sunt epi-
 scopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi: ex
 quibus duo posteriores, non sunt proprie
 sacerdotes, sed tantum in sacris; duo priores
 sunt proprie sacerdotes, quia sacramentum
 corporis & sanguinis dominici conficere pos-
 sunt. In minoribus ordinibus sunt acolu-
 ti, exorcistæ, lectores, ostiarii, & psalmi-
 stæ: de quibus omnibus vide *distinct. 2. c. cle-*
ros. §. Hac distinctione posita, notandæ
 sunt sequentes regulæ. I. Minores ordines
 conferri possunt diebus dominicis, & aliis
 diebus festis, *c. 3.* II. Sacri ordines confe-
 runtur in quatuor temporibus, vel sabbatho
 ante dominicam de passione, diebus autem
 dominicis, & aliis diebus festis, & sabbatho
 Pentecostes ab alio quam a Romano Pontifi-
 ce non debent conferri, *c. 1. 2. & 3.* III. Si
 ordinatio extra statuta tempora fiat, ordina-
 tus characterem recipit, sed ab executione
 officii suspenditur, donec cum eo dispense-
 tur: ordinator quoque ecclesiastica disci-
 plina coercetur, *c. cum quidam. 8. & c. pen.*
 IV. Non possunt duo ordines eidem confer-
 ri uno die, vel duobus diebus continuato je-
 judio, & si id fiat, ordinans collatione illo-

rum ordinum, & ordinatus ab executione officii suspenditur, donec cum eo dispensetur. *c. literas. 13. c. dilectus 15. §. Secunda* quæstio est, qualis debeat esse, qui ordinatur. Debet esse irreprehensibilis, unius uxoris, sobrius, ornatus, prudens, pudicus, honestus, talis, doctor, non violentus, non periculosus, sed modestus, non litigiosus, non cupidus, sed suæ domui bene præpositus, non neophytus. Hæc ab Apostolo requiruntur in episcopo ordinando. *i. ad Timoth. c. 3. v. 2. sed ad alios clericos producantur. d. 34. c. cognoscamus. 15. §. d. 81. c. Apostolus. Non neophytus autem dicitur, qui propositum religionis noviter assumpsit. dist. 48. c. 2. §. neophyti. §. c. seq.*

XII. De scrutinio in ordine faciend.

Tertia quæstio est, quid observandum est, ut cognoscatur, an is, qui ordinatur, talis sit, qualem esse oportet. Ad hoc observandum est scrutinium, id est, ille, ad quem spectat (ut episcopus, aut legatus sedis apostolicæ) debet inquirere, an is, de cuius ordinatione agitur, sit idoneus: si vero alius, quem non spectat, scrutinium faciat, irritum est & inane. *Inf. de offic. legat. cap. 5. §. Item in scrutinio faciend. observanda traduntur in c. quando. dist. 24.*

XIII. De ordinatis ab episcopo qui renunciant episcopatu.

Varta quæstio est, an ordinatio valeat facta ab episcopo, postquam episcopatus renunciavit. Respondetur per distinctionem. Aut enim episcopus renunciavit tantum loco, aut loco & dignitati. Priori casu ordinatio valet. Posteriori subdistinguitur, aut enim contulit minores ordines, & valet ordinatio: aut sacros ordines, & subdistinguitur: quia si ordinem accipiens ignoravit eum renunciavisse, nec supina est ignorantia, per dispensationem admittitur, si minus, executionem officii non habebit. *c. 1.* Similiter dispensatur cum clerico, qui per ignorantiam ab excommunicato episcopo ordines accepit. *c. 2.*

XIV. De ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

Absolutis generalibus quæstionibus ad ordinationem pertinentibus, jam dicendum de prælatis, de quibus duæ quæstiones dissolvuntur, videlicet qui sint præficiendi, & quomodo præficiendi. Quod ad priorem quæstionem attinet, in eo qui præficiendus est, tria spectantur, quæ in hac rubrica proponuntur: ætas, qualitas, & ordo. §. De ætate hæc notentur. I. Qui eligitur episcopus, non debet esse minor triginta annis. *c. 7. in pr.* (tibi legendum egerit, non, exegerit) & *c. non nobis. 19. vers. de legitima. & distinct. 77.*

b 4

c. epi-

c. episcopus. II. Qui ad inferiora ministeria
 vocatur, ut ad decanatum, archidiaconatum
 & alia quæ curam animarum habent ad
 xam, vel ad ecclesiæ regimen pertinent, non
 debet esse minor viginti quinque annis.
 §. *inferiora.* olim non debebat esse minor
 ginta annis, nisi necessitatis causa admi-
 tur, ut probatur *dist. 78. c. penult. & alibi*
hibito. c. i. b. tit. III. Cum iis, qui viginti
 annum compleverunt, ut dignitatem vel
 sonatum sine cura animarum obtineant, ep-
 scopus dispensare potest. *Inf. l. 6. c. 20. & alibi*
 solus Romanus Pontifex dispensat, ut
de. electio. c. innovit. 20. IV. (Ut hæc
 ter addam) in diacono & lectore requiritur
 ætas viginti quinque annorum: in subdia-
 no & acolutho viginti: ad alios autem
 nores ordines ab infantia admittuntur.
28. c. de his. 6. & dist. 77. c. quicumque
subdiaconus. 4. c. placuit. 5. in diacono
 quiritur ætas quadraginta annorum. *27. c.*
diaconissam. 23. Sed hodie potest quis
 no decimo octavo ad subdiaconatum, &
 gesimo ad diaconatum promoveri. *Inf.*
tit. Clem. ult. Hæc ita jure Canonico
 nent. Jus civile in quibusdam variavit,
 novissime Justinianus *Nov. 123. c. 13.* in
 scopo triginta quinque, in diacono & subdia-
 cono viginti quinque, in diaconissa qua-
 draginta, in lectore octodecim annorum æta-

em requirit. Hac de ætate dicta sint. §. De 3
 qualitate præficiendorum multa Gratianus
 tradit d. 23. & sequentibus. In summa talis
 debet esse, qualem Apostolus describit. i. ad
 Timoth. c. 3. ut retuli Sup. i. ii. in fin. nam
 quæ ibi dixi de qualitatibus ordinandorum,
 potissimum in præficiendis obtinent. §. Quod 4
 ad ordinem attinet, præficiendus debet esse
 in sacris: qui vero est in minoribus ordini-
 bus constitutus, parœciali ecclesiæ sine dis-
 pensatione præfici non potest. c. 5. c. a mul-
 ti. 9. c. tuam in Domino. 10. Dictum est,
 qui possint præfici.

XV. De sacra Unctione.

Consequenter dicendum quomodo præ- 1
 ficiantur. Hic dantur duo præcepta.
 Primum præceptum est, ut in consecrando e-
 piscopo vel presbytero adhibeatur sacra un-
 ctio. Intellige unctionem externam, quæ
 est visibile signum internæ unctionis, id est,
 gratiæ a Spiritu sancto infusæ, ut unctus of-
 ficio & ministerio sibi commisso recte fungi
 possit. §. Episcopi caput & manus chrismate, 2
 quod ex oleo & balsamo conficitur: sacer-
 dotis manus, & regis brachium oleo benedi-
 ctio inunguntur, præterea quilibet Christia-
 nus ante baptismum inungitur oleo benedi-
 ctio, primum in pectore, deinde inter scapu-
 las: & post baptismum chrismate ungitur
 primo in vertice, postea in pectore. Item

ungitur ecclesia, cum dedicatur: altaris
cum consecratur: calix, cum benedicitur
quæ omnia traduntur, & explicantur
c. 117.

XVI. De Sacramentis non iterandis.

1 S E C U N D U M præceptum est, ut si quid in
ordinatione fuerit prætermisum, non
revertatur ordinatio, (quia hoc Sacramentum
iterum referatur, quæ iterati non possunt)
suis temporibus suppleatur, quod deest. c. 117.
2 c. ult. §. Sacramentum (ut definit Augustinus)
est invisibilis gratiæ visibilis forma. de con-
3 crat. dist. 3. c. sacrificium. 32. §. Sacramenta
tis modis dividuntur I. Septem sunt sacra-
ta, baptismus, confirmatio, eucharistia, po-
nitentia, ordo sacer, matrimonium, & s-
trema unctio. Baptismus est exterior
minis ablutio cum certa forma verborum
gloss. 1. in c. 1. de consecrat. dist. 4. Unde
jus Sacramenti substantia consistit in ver-
& elemento, cætera ad solemnitatem ejus
tinent, secundum Mag. Sentent. lib. 4. c. 1.
3. sect. 1. verba autem sunt & Christi in
Matth. 28. & Jos. 6. Ego te baptizo, in no-
ne Patris, & Filii, & Spiritus sancti, de
secreat. distinct. 4. c. proprie. 12. c. si quis præ-
ter. 78. c. mulci. 81. Hæc intellige de bap-
tismo proprie dicto, quem vocant baptismum
fluminis: alii sunt baptismi metaphoricæ
cti, nempe fluminis, & sanguinis. de consecrat.
distinct.

distinct. 4. c. baptismi vicem. 33. & cap. cate-
chumenum. 36. & distinct. gloss. 1. in cap. 1.
 Confirmatio est inunctio in fronte, quæ per
 episcopum fit sacro chrismate, manus impo-
 sitionem designans. *Sup. tit. prox. cap. un.* ad-
 hibitis his verbis, ut ex libris Pontificalibus
 refert *Ang. de Calvasio in ver. Confirmationis.*
§. 9. Ego te consigno signo crucis, & confirmo
te chrismate salutis, in nomine Patris, & Fi-
lii, & Spiritus sancti. Eucharistia, si voca-
 buli vim spectes, nihil aliud est, quam gra-
 tiarum actio, sed hic accipitur pro partici-
 patione corporis & sanguinis Christi sub spe-
 ciebus panis & vini, vi illorum verborum,
Hoc est corpus meum, & hic est sanguis meus.
 Hic autem inter tria distinguitur, formam vi-
 sibilem panis & vini, veritatem carnis & san-
 guinis, & virtutem spiritualem: primum est
 sacramentum, non res sacramenti: secun-
 dum est sacramentum & res: tertium est res,
 non Sacramentum. *Inf. de celebr. miss. c. 6.*
§. distinguendum. Nota Eucharistiam pro-
 prie dici, aut viaticum, quatenus vitam gra-
 tia operatur, ac præbet nobis viam perveni-
 endi ad futuram Dei fruitionem in cœlesti
 patria. Quatenus autem civitatem Ecclesiæ
 significat, quia per ipsum communicamur
 Christo, & unimur ad invicem, Græce vo-
 catur Synaxis, Latine Communio. Denique
 quantum per hoc Sacramentum Dominica

Pas-

Passio offertur, dicitur Sacrificium, vel M-
 fa, accipiendo missam tantum pro Sacram-
 entario, quod sit in consecratione, oblatione
 & communionem corporis & sanguinis Christi
 sub speciebus panis & vini, ac representantia
 ne passionis ejusdem, ad salutem fidelium
 remissionem peccatorum, exclusis solemnibus
 tibus præcedentibus, & sequentibus. *videlicet*
Viguerium de Sacram. Euchar. vers. 10. &
 Pœnitentia duplex est: interna, & externa.
 est virtus mentis, hæc est Sacramentum. *de*
sent. l. 4. d. 14. sect. 1. Hæc dividitur in publicam
 quæ imponitur manifestis peccatis: & pri-
 vatam sive occultam, quæ imponitur peccatis
 arcanis. *Inf. de excessib. prælat. c. accessibilibus. 12. & c. omnis. 12.* Publica subdividitur
 solemnem, & non solemnem. *d. 50. c. si quis
 post. 62. potest.* Constat autem omnis pœni-
 tentia tribus partibus: cordis contritione,
 oris confessione & operis satisfactione. *de pœnit. dist. 1. c. perfecta. 40. Mag. Seneca
 4. dist. 16. sect. 1.* Ordo est Sacramentum
 ecclesiæ, quo superior manum imponens ordi-
 nato potestatem ecclesiasticam tribuit. *de
 ult.* Ordinum alii sunt majores, alii minores,
 res, ut docui *Sup. 1. 11.* Matrimonium est
 viri & mulieris conjunctio, individuum
 consuetudinem continens. *Inf. de præsumpt. c. illud. 11. vers. verum quia. & 29. q. 1. in præ-*
 Extrema Unctio est, qua graviter agrotans

im, quos eo morbo moriturus probabiliter
 metuitur, certæ corporis partes sanctificato
 oleo a presbytero inunguntur, ut non minus
 animæ, quam corporis sanitatem operetur.
 Sacramentum est Unctio extrema: res Sa-
 cramenti est Unctio interna, quæ peccato-
 rum remissione & virtutum actione perfici-
 tur. *Mag. sent. lib. 4. dist. 23. sect. 2.* II. Alia
 sunt sacramenta necessaria, quæ sine dispen-
 dio salutis æternæ suo tempore prætermitti
 non possunt: alia voluntaria, quæ sine æter-
 næ salutis periculo quilibet potest pro lubitu
 accipere, vel omittere. Necessaria sunt
 quinque Baptismus, Confirmatio, Eucha-
 ristia, Pœnitentia, & Extrema Unctio. Vo-
 luntaria duo: ordo sacer, & matrimonium.
Inf. de transact. c. veniens. 8. Et ibi glo. in ver.
necessaria. III. Alia characterem impri-
 munt, proinde, iterari non possunt, ut Ba-
 ptismus *de consecrat. dist. 4. c. a quodam. 23.*
c. si qui 27. c. quamvis 28. c. ostenditur. 31. c. bi
de quibus. 37. c. si ve. 50. c. non licet. 106. cum
duob. can. seqq. confirmatio. de consecr. dist.
5. c. dictum est nobis. 8. Et c. seq. ordo sacer. d.
c. non licet. dixi Sup. initio hujus tit. alia nul-
lum characterem imprimunt, ideoque pos-
sunt iterari, ut eucharistia. de consecr. dist. 2.
c. quotidie 13. Et c. seq. matrimonium. 31. q. 1.
c. aperiunt. 11. Et can. seqq. & Extrema Un-
ctio. Mag. senten. lib. 4. dist. 23. sect. 3. In
 po-

pœnitentia distinguitur: quia non solem
 iteratur. *Inf. de pœnit. c. omnis, 12. solem*
 non iteratur. *dist. 50. c. si quis post. 32. pœ*
test. nisi contraria sit ecclesiæ consuetudo
pœnit. distinct. 3. c. nihil 21. §. ex pœ
 Expositæ sunt duæ partes tractatus de con
 cratione.

XVII. De filiis presbyterorum ordinari
 vel non.

- 1 Superest tertia pars, in qua de diversis
 sonis dubitatur num promoveri possent.
 Prima dubitatio est de filiis presbyterorum.
 2 §. Filius presbyteri dicitur, qui vel ante pres
 byteratum, vel in presbyteratu susceptus.
 Ante presbyteratum vel est ex alio coitu sus
 ceptus. In presbyteratu vero filius legiti
 mus procreari nequit, cum omnibus pres
 byteris matrimonium sit interdictum. Quod
 si communi consensu vir & uxor promiserint
 se castitatem servaturos, deinde vir ad sacer
 dotium promotus accesserit ad uxorem,
 ex ea filium genuerit; hic filius, quamvis
 legitima uxore susceptus, tamen non est legiti
 mus, sed ex illicito coitu genitus, qui
 contra votum castitatis, & contra fidem
 ecclesiæ datam procreatus est. *c. literas 14.*
 Hac distinctione posita notentur sequentes
 regulæ. I. Filii illegitimi, sive ante sacer
 dotium, sive in sacerdotio procreati sint, ad
 sacros ordines non admittantur, nisi autem

nonachî, aut in congregatione canonica regulariter viventes. *c. 1. & ult. & dist. 56. c. 1. nisi II.* aut ex Pontificia dispensatione. *c. ex tua. 9. dist. 56. c. apostolica. 12. §. hoc autem.* II. Filius ex legitimo matrimonio ante sacerdotium patris susceptus, omnium ordinum capax est, atque adeo etiam summus Pontifex fieri potest. *c. ad hæc 12. & dist. 56. c. pen. §. cum ergo.* III. Filius, sive legitimus, sive illegitimus, non potest præesse ecclesiæ, in qua pater immediate præfuit; secus est, si alia quoque persona post illius patrem præfuerit. *c. 7. c. ad extirpandas. 12.* IV. Filius potest præesse ecclesiæ, in qua pater sine titulo ministravit. *c. constitutus. 8.* V. Filio canonici præbenda in eadem ecclesia conferri non potest. *c. cum decorem.* VI. Cum legitime natis dispensant episcopi in tribuendo minori ordine vel beneficio non curato: in aliis dispensatio Papæ requiritur. *Inf. lib. 6. c. 1. in princ.*

XVIII. De servis non ordinandis & eorum manumissione.

Secunda dubitatio est de servis: de quibus notentur regulæ sequentes. I. Servus ordinari non debet, nisi prius a domino sit manumissus. *c. 1. 2. 3. 4. 5. & dist. 54. c. 1. & 2.* II. Si servus sciente neque contradicente domino ordinetur, eo ipso liber & ingenuus fit. *d. dist. 54. c. si servus. 20.* III. Si servus domino ignorante promotus sit, deponitur, & do-

& domino restituitur. *c. 2. vers. etsi quibus*
Et d. dist. 54. c. 2. quod ita limitatur in
ex antiquis. 9. ead. dist. ut si factus sit pro-
 ter peculii amissione multetur, & in eor-
 du maneat si sit diaconus, aut vicarius
 stet, aut, si non habet quem prætere-
 domino reddatur: reliqua vero officia
 collata non præjudicent domino, quo-

- 2 servus ei restitui debeat. §. Nota primo
 non fieri mentionem subdiaconi; quia
 subdiaconatus non erat ordo sacer, sed
 idem dicendum de subdiacono quod de
 3 cono. *c. miramur. 7.* §. Nota secundo
 ignorante domino sciens episcopus
 promoverit, hunc in ordine manere,
 piscopum domino in duplum teneri, at
 scopus eum pro libero habuerit, &
 præsentavit, servum esse non ignoraverit
 in duplum domino tenetur. *d. dist. 54. c. 1.*
us absente. 19.

*XIX. De obligatis ad ratiocinia ordinanda
 vel non.*

Tertia dubitatio est de obligatis ad ratiocinia
 nes administrationis gestæ reddendas
 five publicam five privatam rem gesserint
 te administrationem finitam & ratiocinia
 ditas promoveri non debent. *c. un.*

*XX. De corpore vitiatis ordinandis
 vel non.*

Quarta dubitatio est de iis, qui aliquo corporis vitio laborant. Hic adhibetur quadruplex distinctio. I. Aut vi seu casu mutilationem passi sunt, aut libera voluntate. II. Aut læsi sunt ante sacerdotium, aut post sacerdotio. III. Aut evidens læsio est, ut in oculo: aut occulta, ut in membris virilibus. IV. Aut talis læsio est, quæ impedit solemnium celebrationem, veluti si quis caret pollice, quod debet eucharistiam frangere, sed non impedit solemnium celebrationem, veluti si ungue. *c. ult.* aut digiti parti careat. *c. 1.* aut sinistrae manus digito careat. *c. 1.* His distinctionibus positi-
 notentur sequentes regulæ. I. Qui membrum aliquod vel membri partem sponte sua, vel cum non posset aliter libidini obistere, si abscidit aut abscindi curavit: is nec promovendi ad ordinem potest: & si quem ordinem habet, deponendus est. *c. 4. & dist. 55. c. 4. 5. 6.* II. Læsio modica, quam aliquis casu, aut per hostium vim, aut morbo curandi causa passus est, promotioni ad ordines non est impedimento. Læsionem modicam appello eam, quæ non impedit celebrationem solemnium, ut paulo ante demonstravi. Exemplis autem supra adductis addendum, qui medicorum inustione claudus factus est. *dist. 55. c. si quis. 10.* & si cui virilia sunt abscissa. *c. 5. & d. dist. 55. c. 7. 8. 9.* III.

Læsio

Læſio impediens ſolemnium celebrationem
ut manus amiſſio, omnino obſtat, quominus
aliquis promoveri poſſit. *c. 6. IV.* Qui
ſua voluntate oculum amiſit, promoveri
debet, ſed ſi id ſacerdoti accidat, ſacerdotium
non amittit. *d. diſtinct. 55. c. ult.* In
quibusdam cauſis diſpenſari poteſt, ut
cum eo, qui in duello particulam digiti amiſ-
ſit. *cap. 1.* aut in oculo maculam habet. *cap. 2.*
aut virilia ſibi amputari fecit, putans ſe
ſequium Deo præſtare. *cap. 4.*

XXI. De bigamis non ordinan-
dis.

- Q**uinta dubitatio eſt de bigamis, qui-
nim, ſi uxor mortua ſit? aut quomodo
cum iis diſpenſetur? Sed conſtitutum eſt,
ut ne quidem uxore mortua ad ſacros ordi-
nes admittantur. *cap. 3.* & ut diſpenſatio
cum eis facta non valeat. *cap. 2. §. Bigamus*
proprie dicitur, qui duas legitimas uxores
habuit, id eſt, qui ſecundas nuptias contra-
xit. Veruntamen quaſi bigamus irregularitas
incurrit etiam iſ, qui repudiatam. *c. 1. ſe-
cundam duxit. c. 3. & c. 5. verſ. cum ergo c. 1. ſe-
cundam duxit. ult.* & qui ſecundas nuptias de facto contra-
xit, veluti cum in ſacris eſſet. *cap. 4. §. Si*
vero ab altero ductam, ſed ab eo non repudi-
tam, duxit in uxorem, ob id impediri non de-
bet, quominus ad ſacros ordines promoveri

d. c. 5. sed nec is qui multas habuit con-
binas, in bigamiæ irregularitatem incidit:
circo pœnitentia imposita poterit cum eo
dispensari. c. pen. §. Irregularitatem vocamus 4
canonicum impedimentum ex facto seu de-
fectu proveniens, quo quis tam ad ecclesiasti-
cos ordines promoveri, quam promotus in
eadem ministrare prohibetur. Lancell. Inst.
Can. lib. 4. 2. ult. §. cavebunt.

XXII. De clericis peregrinis.

¶ *Extra dubitatio est de clericis peregrinis, qui*
vocantur etiam extranei. iij. q. 7. c. peregrini
12. §. Vi. q. 3. c. 2. id est, qui non sunt de
episcopatu ordinantis peregrini, de quibus in
presentia loquimur. Alibi peregrini dicun-
tur, qui religionis causa peregrinantur. Inf.
reg. §. pac. c. ult. §. 24. q. 3. c. si quis Ro-
manus. 23. In jure autem civili peregrini ap-
pellantur, qui non sunt cives Romani. D. de
jur. l. 2. §. post aliquot §. de hered. instit.
l. 8. solemus. §. C. eod. l. 1. §. Hi non pos-
sunt ordinari, nisi plura concurrant, quæ
non docebo. I. Non possunt ad superiores
ordines promoveri, nisi inferiorem ordina-
tionem legitime probent. c. 1. §. 2. II. Requi-
ritur consensus episcopi, cui sunt subjecti, aut
permissio apostolica. Inf. lib. 6. de temporib.
ordin. c. 1. §. dist. 71. c. 1. 2. §. 5. III. Præla-
ti epi-

ti episcopo subjecti non possunt aliquem
suis ecclesiis instituere sine sui episcopi
3 sensu. *cap. ultim. §.* Hic est finis tractatus
ordinatione seu consecratione; exposi-
igitur quinta limitatio potestatis ecclesi-
cæ.

XXIII. De officio archidiaconi

Sexta limitatio est: quia quilibet debet
suo officio fungi, non id facere, quod
alium spectat, ne (quod dici solet) falce
mittat in messem alienam. Ergo diversa
officia deinceps explicabuntur: & primo
officium archidiaconi: hic enim primum
cum post episcopum tenet, ejusque vicarius
in omnibus, & omnis cura in clero ad
pertinet. *c. l.*

XXIV. De officio archipresbyteri

Archidiacono igitur subest archipre-
ter, qui presbyteris & presbyterali
officiis præest. *c. l. & dist. 25. c. perlectus*
2 *vers. archipresbyter. §.* Hujus duæ sunt
cies. Nam alii sunt urbani, qui in urbe
divina vicem Episcopi absentis sustinent
curam & sollicitudinem præsentis ministerii.
c. pen. alii rurales, qui per singulas parochias
constituti, non solum plebis, sed etiam pres-
byterorum, qui per minores titulos habent
curam petunt. *cap. ultim.*

XXV. De officio primicerii.

Primicerius quoque archidiacono subest :
diaconis autem, & reliquis inferioribus,
eorumque disciplinæ præest. *cap. un.*

XXVI. De officio sacristæ.

Item sacrista: ad cuius curam pertinet cu-
stodia sacrorum vasorum, vestimentorum
ecclesiasticorum, ac totius thesauri ecclesia-
stici, nec non ceræ vel olei ad luminaria per-
tinentis. *c. un.* §. Tres reperio hujus appel-
lationes. Primo appellatur sacrista, ut hic.
Secundo thesaurarius. *d. 25. c. perleēt. in fin.*
Græce cimiliarcha. *C. de bon. auct. jud. poss. l.*
ultim. §. ult. nam res pretiosæ dicuntur Græce
τιμῆλια. 12. q. 2. c. Apostolicos. 13. Theoph. In-
stit. de rer. divis. §. sacra.

XXVII. De officio custodis.

Tertio custos ut *hoc. 1.* Nam hic custos a
sacrista parum, aut nihil differt: sed in
nonnullis ecclesiis vocantur sacristæ, in aliis
nominantur custodes.

XXIIX. De officio vicarii.

Hi de quorum officio hætenus diximus, i
suo nomine serviunt ecclesiæ, & Episco-
pi

pi sollicitudinem levant: vicarii vero alicui vicem gerunt. *Inf. lib. 6. c. 1.* Ideirco a vicariis episcopi non ad ipsum episcopum, sed ad archiepiscopum appellatur. *Inf. lib. 6. de ap. lat. c. 3. in prin.* licet ab archidiacono & inferioribus praelatis ad episcopum appellatur. *d. cap. 3. §. 1.* §. Nota primo, rector parochialis ecclesie non per vicarium, sed seipsum illi ecclesie servire debere, nisi parochialis ecclesia sit dignitati vel prebenda annexa, quo casu qui talem dignitatem vel prebendam habet, cum debeat in majori ecclesia deservire, in parochiali ecclesia idoneum perpetuum vicarium constituit. *Inf. de preben. c. extirpanda. 39. §. qui vero.* §. Nota secundo, vicarium non posse alium vicarium sibi substituere *cap. 4.*

XXIX. De officio & potestate iudicis delegati.

DElegatus quoque vices alienas, id est, delegantis gerit in causis sibi commissis. *fane quia. II. §. c. cum olim magister. 33.* Huius officium in jurisdictione contentiosa certum est. §. Porro delegat vel Papa. *cap. 1. 3. & pag. b. t.* vel princeps, vel quilibet ordinarius. *Inf. de appell. c. cum causam. 62. in fin. & C. jud. l. 5.* Sed hoc titulo vel solum, vel potissimum agitur de delegato a Papa, & de eius subdelegato. Unde quia hic in causa

ommissa potestatem habet etiam supra ju-
 dicem ordinarium. *c. 1. d. c. sane quia. ii. c. ex*
litteris. 29. eique ordinarius parere tenetur.
cap. pastoralis. 28. §. quia vero. ideo titulus præ-
ponitur tractatui de iudicibus ordinariis.
 3. Delegantur causæ, vel uni, vel pluribus. 3
c. caus. c. 16. c. prudentiam 21. c. cum causa 22.
c. cum super 23. & Inf. lib. 6. c. 3 & c. cum in plu-
 4. res. 8. §. Et vel delegatur una causa. *c. 6. c. su-*
 4. *per eo. 15. cap. causam matrimonii 16. c. causam*
quæ. 17. c. cum causam 22. vel plures. c. 3. 4.
 cum simil. §. Propria iudicis delegati a Papa 5
 vel a principe hæc sunt. I. Jurisdictionem ha-
 bet, ac sententiam suam exequi potest. *c. 1. 5.*
cap. in litteris. 9. cap. sane quia ii. c. querenti.
 2. Nec solum in partes, sed etiam in quos-
 cumque alios jurisdictionem ejus impedi-
 tes potestatem habet. *c. 1. & quidem majo-*
 ram, quam iudex ordinarius, ut supra nota-
 vi. Alia est ratio iudicis dati ab ordinario:
 quia non ipse sententiam suam exequitur, sed
 ordinarius qui eum iudicem dedit. *D. de re*
judic. l. a. Divo Pio 15. in pr. Sed ne quidem
 Papæ delegatus cogere partes potest, ut co-
 ram se personaliter compareant, nisi vel de
 hoc acceperit speciale mandatum, vel sit cau-
 sa criminalis, vel pro veritate dicenda, vel pro
 iuramento calumniæ præstando, vel ob aliam
 iuris necessitatem. *Inf. lib. 6. de jud. c. 1.*
 II. Causam alteri subdelegare potest. *c. 3. & 6.*

c 4

& C.

polico, quia nuncius est legatus in prima si-
 gnificatione, id est, non est iudex, hunc pu-
 tatur vocari nuncium dominicum in *c. 2. Inf. de*
regularib. licet *gl.* ibi intelligat vicarium epi-
 scopi. III. A Papæ vicario, qui tantum in
 urbe jurisdictionem habet. *Sup. de offic. vicar.*
c. pen. §. Legatorum, de quibus hic agitur, 3
 tria sunt genera. Nam alii sunt legati ratio-
 ne dignitatis, cui legatio est adnexa: ut Ar-
 chiepiscopus Cantuariensis. *c. 1. & Archiepi-*
scopus Eboracensis. Inf. de Appell. c. 1. Alii
 sunt, quorum personæ Papa hoc jus tribuit.
c. volentes 8. & inf. de presumpt. c. 6. & de ac-
cusat. c. cum dilecti 18. Alii sunt, quos ex cu-
 ria Papa mittit. hi vocantur legati de latere,
 maxime si sint Cardinales, quos solos Rom.
 curia vocat legatos de latere. *gloss. in c. pen.*
in verbo, commissam Pan. in c. 1. Host. in §.
quor species. ubi notat primos magnam, se-
 cundos majorem, tertios maximam auctori-
 tatem habere, quod probatur etiam *d. c. vo-*
lentes. & c. seq. & d. gloss. in verbo commissam.

XXXI. De officio iudicis ordinarii.

QVemadmodum in Digestis & Codice sæ-
 pe titulis specialibus subjiciuntur tituli
 generales. ut *communia prædiorum, commu-*
nia utriusque iudicii, communia de legatis. ita
 etiam hic titulo *de officio legati,* qui est iudex

c 5 ordi-

ordinarius, subjungitur generalis titulus
 2 officio *judicis ordinarii*. §. Ordinarius enim
 jurisdictionem habet suo jure, id est, jure
 magistratus, vel officii quod sustinet, hinc
 distinguitur a *judice delegato*, & ab eo
 jurisdictionis mandata est. *D. de jurisd. l. 1.*
 3 §. Ordinaria jurisdictionis dividitur in
 & Ecclesiasticam. *Inf. de major. & obid.*
 4 §. Jurisdictionis Ecclesiasticæ gradus
 sunt. Supremo loco est *Papa*. *q. 9. c. 1.*
 & *ult.* Secundo *legatus de latere*. Tertio
legatus non de latere. *Sup. t. prox. c. volens.*
 Quarto *Patriarcha*. Quinto *Archiepiscopus*
c. duo simul. q. 1. c. 1. Sexto *episcopus*. *Inf. de
 lat. c. dilecti filii prior. 66.* Septimo *Presbyter*
 episcopo inferiores, ut *Archidiaconus*, &
libet Ecclesiæ præfectus. c. 3. & ibi gloss. v. 1.
 5 §. Nota jus episcopale seu *pastorale*
 statem esse multiplicem. *c. conquere. c. 1.*
 ad tria summa capita refertur a *Lancelotto*
 2. *Inst. jur. Can. t. de immunitate. §. ult.*
 quædam *jure ordinis* ad episcopum spectant
 ut *clericorum ordinatio*, *virginum beatificatio*,
Ecclesiarum & altarium consecratio,
 quædam *lege jurisdictionis*, ut *potestas*
tuendi, *corrigeni*, *excommunicandi*, &
 quædam *lege diocesana*, ut *jus cathedralis*
exigendi (Cathedraticum est census, qui
 Ecclesia suo episcopo in argumentum
 jurisdictionis, & ob cathedræ honorem præstat.)

...i. appellatur etiam synodaticum; quia
 synodo datur. *Inf. de censib. c. olim. 10.*) de-
 mas percipiendi, hospitii indicendi, & id
 cetera. Sed gloss. in *c. dilectus. 18. in*
urb. de lege jurisdictionis, duo tantum mem-
 ora facit: legem jurisdictionis, & legem dicio-
 nariam: ita ut ea quæ sunt ordinis, ad legem
 jurisdictionis referat. Mihi divisio Lanceloti
 magis probatur, ob ea quæ notavi *Sup. de*
h. S. ult.

XXXII. De officio judicis.

Regit instituta methodo a specialibus ad
 generalia: & quemadmodum titulo spe-
 ciali *de officio legati*, subjecit titulum genera-
 lem *de officio judicis ordinarii*: ita huic adne-
 xit titulum magis generalem *de officio judicis*.
 Est autem officium judicis, quod iudex qua-
 situs iudex potest ac debet facere. *D. de ju-
 dicio. l. 1. §.* Et est duplex: nobile & merce-
 narium, ut exposui *Instit. b. t.*

XXXIII. De majoritate & obedientia.

Regit eandem methodum a specialibus
 ad universalia, hic enim titulus non so-
 lum iudicibus, sed etiam omnibus clericis
 communis est: quia generaliter ut majores
 minoribus dilectionem; ita minores majori-
 bus reverentiam, & quandoque etiam obe-
 dientiam

dientiam præstare debent. *c. 3. c. quod supra. l. 72.*

& dist. 89. & c. ult. & dist. 93. in pr. & c. vero &

2 *oportet 15. §. Majoritas est prærogativa. c. 1. s. n.*

3 major minori præstat. §. Hujus multas & c.

causa. Prima causa est ordo. *c. statum causa el*

nam qui sunt in majoribus ordinibus, per Arc

runtur iis, qui sunt in minoribus, & *ca. 1. &*

his, quam in illis sunt certi gradus, *quod temp*

c. subdiacono. 5. distinct. 93. ita constitutus is

1 Episcopus.

6 Exorcista.

2 Presbyter.

7 Lector.

3 Diaconus.

8 Ostiarius.

4 Subdiaconus.

9 Abbas.

5 Acoluthus.

10 Monachus.

Nota primo, Abbatem ibi poni post

rium: quia omnes Monachi, qui non

clerici, sunt inferiores clericis. *16. q. 1. l. 1. Arc*

causa 6. Sed hodie major est abbatum

tas *gloss. in d. c. a. Subdiacono in verbo*

nec mirum: quia nemo hodie potest

bas, quin si Presbyter. *Sup. de etat. &*

c. 1. Nota secundo, in hac specie omittit

mistam, ut & in *c. seriatim 14. dist. 32. &*

illud. dist. 77. quia hic solus sine licentia

scopi, sola jussione Presbyteri ordinatur.

23. c. Acoluthus 17. cum seqq. Sed nihilominus

inter minores ordines connumeratur.

c. clericos 2. vers. psalmist. & dist. 25. per

vers. ad psalmist. & dist. 32. c. quoniam

quod supra dist. 72. c. clericum & II. q. 1. c. de pers. 37. §.
 pr. & c. vero & 27. q. 1. c. si quis episcopus. 6. Hæc
 negativa causa sint de ordine, ex quo sumitur majori-
 tas multarum & obedientia clericorum. §. Secunda 4
 statuta causa est potestas; ut Archidiaconus est ma-
 jor Archipresbytero *Sup. de offic. Archipresb.*
 dist. 1. & de offic. primi c. un. §. Tertia causa 5
 est tempus ordinationis: quoniam ceteris pa-
 ribus is, qui prius ordinatus fuit, ei præfertur
 qui postea ordinatus est. c. 1. & *Inf. de pane.*
 dist. 1. vers. si autem pares & *dist. 17. c. ult. & dist.*
 15. c. ult. §. Quarta causa est dignitas & præ- 6
 rogativa ordinantis. c. per tuas 7. §. Nota 7
 primo, eundem eodem posse diverso respectu
 esse majorem, & minorem vel æqualem, ut
 Archidiaconus ordine est major Archipres-
 bytero, ut enim Archipresbyter est presbyter,
 Archidiaconus est diaconus *dist. 60. c. 1. 2. 3.*
 omnibus autem diaconis præferuntur pres-
 byteri *dist. 93. c. diac. 12. cum 8. sequente c. le-*
gimus. 24. potestate vero Archidiaconus est
 major Archipresbytero, ut paulo ante notavi.
 Nota secundo minorem majori præferri, 8
 cuius vices gerat, qui utroque major est. Ut
 diaconus vices gerens episcopi, vel Archiepi-
 scopi, præfertur presbytero *d. dist. 33. c. pen.*
sim. & c. ult. & delegatus Papæ in causa sibi
commissa præfertur cuicumque ordinario. Sup.
de offic. delegat. c. sane quia II. Absoluta est
 tertia hujus libri pars, quæ est de prælatis &
 clericis.

XXXIV. De treuga & pace.

- 1 **S**equitur quarta pars, quæ in Digestis dicitur de pactis, & de transactionibus. hic additur tractatus de treuga & pace: nam hæc pactis constituuntur. *D. de pactis* nec minus pacis, quam pacti vocabulum in definitione deducitur. *D. eod. l. i. §. i.* In hac igitur parte sunt tres tractatus: quorum primus est de treuga & pace, duo namque tempora in reipublicæ administratione spectantur: alterum pacis, alterum belli. *Inst. proæ in pr. Arist. Polit. l. i. c. 3. & l. 7. c. 14.* & bellum pace tollitur, ita per treugam alio modo suspenditur. Quare non inscite dicimus, treugam esse pacem temporariam, pacem vero esse treugam perpetuam; etenim treuga est, cum hostes se invicem lacessere tempus non possunt, ut colligitur ex *l. i. §. i. de captiv. §. Cum hostibus est bellum D. eod. l. hostes. 24.* & inter treuga. Cum fœderatis est pax *D. eod. l. i.* nec non cum iis regibus aut populis, quibus cum nec bellum est, nec fœdus. *D. eod. l. 5. §. i.*
- 2 **P**ace. §. Treuga duplex est: canonica & conventionalis. Canonica est, quæ certis temporibus jure Canonico constituitur, ita ut qui violans puniatur *c. i.* Conventionalis est, quam Latini inducias appellant. Hanc Justinianus

consultus ita definit, cum in breve & presens
 tempus convenit, (subaudi inter hostes) ne se
 invicem laceffant. d. l. postliminium. §. i.
 Nota primo, decretalium conditorem recte
 descripsisse hunc titulum de treuga, non de in-
 duciis: quia (ut ex dictis manifestum est) treu-
 ga latius patet, quam induciæ, & in artibus
 tradendis cum liceat facilioris doctrinæ causa
 ingere nova vocabula *Aristot. categor. c. 7.*
 art. ii. quod & Poëtis Horatius in arte con-
 dedit, multo magis licitus debet esse usus vo-
 cabulorum vulgo usitatorum, licet barbara
 sint; sicut enim multa vocabula Græca, ut hy-
 potheca, emphyteusis, & similia; ita quædam
 barbara, ut gaza, usu etiam apud bonos au-
 ctiores recepta sunt; ergo non solum ex Græ-
 co, sed etiam ex barbaro fonte, cum est opus,
 ubi Græcus fons exaruit, vocabula haurire
 licet: nec minus in jure canonico verbum
 treugæ, quam apud Livium vocabulum suffe-
 ras ferendum est. Sed translaticium est, ut
 homines ad reprehendendum propensi, ea
 suspent, quæ non intelligunt. §. Nota secun- 6
 do de securitate tres regulas. I. Tempore
 belli securitas non est inter eos, inter quos est
 bellum *D. de acquir. rer. dom. l. 5. §. ult. l. 7.*
pr. & Inst. de rer. divis. §. item ea. exceptis
 certis personis, quibus ex speciali privilegio
 indulgetur, ut nequeant jure belli offendi,
 quoniam ipsi bellum non gerunt, ut presby-
 teri,

teri, monachi, & cæteri, qui enumerantur
 c. 2. Idcirco Doctores dicunt, cum hinc
 treugam perpetuam. Hoc privilegium
 telligo procedere tantum in bello, quod
 Christianos principes geritur: quod a Do
 ribus pro bello civili habetur, ita ut in
 pti non fiant servi capientium D. *de captiv.*
si quis ingenuam 21. §. 1. quia omnes Chri
 ni principes populi que sunt ejusdem Eccl
 cives. II. Tempore pacis securitas con
 tur federatis D. *de captiv. d. l. 7.* non
 quibuscum nec fœdus est; nec amicitia
 hospitium. D. *eod. d. l. 5. §. in pace.* III. Te
 pore treugæ conceditur securitas etiam
 xxiiij. q. 1. c. noli 3. *vers. fides.*

XXXV. De pactis.

SECUNDUS tractatus est de pactis, de
 dixi D. *eodem. tit.* §. Nota si nudo
 convenit, paciscentem non cogi jure
 ut fidem præstet D. *b. tit. l. 7. §. sed cum*
 sed disciplinam seu censuram Ecclesiasticam
 c. 1. & 3.

XXXVI. De transactionibus.

TERTIUS tractatus est de transactionibus
 de quibus egi D. *b. 1.* Hic est finis que
 partis hujus primi libri.

XXXVII. De postulando.

QUINTA pars est de his, qui suo vel alio

mine litigant : quales sunt primo postu-
ntes , de quibus dixi *D. hoc tit.*

XXXIIX. De procuratoribus.

Secundo procuratores, de quibus tractavi
D. b. t.

XXXIX. De syndico.

Tertio syndici, de quibus dixi ad *tit. D.*
quod cujusc. univers. nom.

XL. De his, que vi metusve causa.

Secunda pars est de restitutionibus in inte-
grum. Est autem restitutio multiplex. Pri-
ma est restitutio propter vim & metum, de
qua dixi *D. quod metus caus.*

XLI. De in integrum restitutione.

Secunda est restitutio minorum. *c. constitu-*
tus 8. de qua *D. de minor. §.* His dupliciter 2
Ecclesia comparatur. *c. 1. § 3. I.* Quia sicut
minor ideo restituitur, quia tempore minoris
gravis læsus est : ita Ecclesia, quodocunque
læsa sit, restitui debet, quia semper habetur
pro minore ; hoc Papa Alexander significa-
vit in *d. c. 1.* inquit Ecclesiam semper illæ-
sam servari : (de quorum verborum interpre-
tatione Doctores valde ambigunt) non enim
aspicit Pontifex ad tempus petendæ restitu-
tionis, sed ad tempus læsionis. II. Quia ut
minor restitutionem petere debet intra qua-
drien-

d

drien-

driennium, ita etiam Ecclesia. Hic tamen
solum est similitudo, sed etiam dicitur
quia quadriennium minori non currit,
diu est minor, sed in majori aetate currit.
cipit *C. de temp. in integ. rest. l. ul.* Et
autem currit a die lésionis. *Inf. l. 6. v.*

3 Quarta est restitutio majorum 25. annis
propter absentiam, aliamve similem causa
edicto prætoris comprehensam, vel ex
rali clausula, quotiescunque cessante
li edicto æquitas suadet, ut restituatur.
Et D. ex quibus caus. major l. 1.

*XLII. De alienatione iudicii mutandi
causa facta.*

Quinta est restitutio propter aliena-
tionem iudicii mutandi causa factam, ut
exposui *D. b. t.* Absoluta est sexta
pars de restitutionibus.

XLIII. De arbitris.

Septima & ultima pars est de arbitris,
quibus dixi *D. hoc tit.* Hic una cum
mo libro Decretalium finiuntur iuris
mordia, quæ a Justiniano appellan-
τα πρώτα.

LIBER II.

TITULUS I.

De judiciis.

Primordiis juris expositis, conditor Decretalium recte & Justiniani exemplo subjicit tractatum de judiciis, quæ sunt juris objecta, in quo jus versatur. Sed Justinianum in methodi observatione superavit: quatenus Imperator non uno loco omnes actus judiciales posuit, neque in secunda parte Digestorum, neque in tertio libro Codicis, sed in alia & diversa loca tam in Digestis quam in Codice dispersit; hoc autem libro omnes pulcherrimo ordine disponuntur, ut ex sequenti interpretatione apparebit. Datur ergo primo loco titulus generalis de judiciis tanquam hujus libri fundamentum. §. Quia vero huic tractatui videor satisfecisse *D. b. t.* hic tantum addam judiciorum divisionem in Ecclesiastica & secularia. Ecclesiasticum judicium est, quod coram iudice Ecclesiastico inter personas Ecclesiasticas, vel saltem contra personam Ecclesiasticam (siquidem actor sequitur forum *rei*, ut *seq. tit.* dicetur) aut de causa Ecclesiastica

d 2

stica

stica agitur. Seculare est, quod coram
iudice laico inter personas seculares de causa
seculari exercetur. *cap. 2. & inf. tit. pro
cap. 1. & c. licet 10. & c. seq. & Clem. 2. & c.
de offic. jud. delegat. c. causam matrimonii
cum sim.*

II. De foro competentis.

- 1** Jam explicandi sunt actus quoque ma-
jor ad judicia pertinentes. Sex sunt in quibus
enarrandis sequentes hujus libri tituli con-
muntur. I. Præparatoria judicii, id est, quæ
cumque fiunt ante litem contestatam.
Principium judicii, id est, litem contesta-
tam. II. Præparatoria, id est, litem contesta-
tam. III. Media, quæ litem contestationi & sen-
tentia definitivæ sunt interjecta. IV. Finis, id est,
sententia, & ejus executio. V. Impedientia
jurisdictionem, vel sententiæ executionem.
2 VI. Confirmantia. §. Incipiamus a præ-
paratoriis futuri judicii. Primum præpara-
torium est vocatio in jus, de qua *D. & C. de
3* *jus vocand.* §. Nota primo, reum vocandum
esse ad iudicem competentem: qua de re
tur hoc titulo, & *D. de judic. & C. de jurisdic.
4* *omni judic. & 13. titulis sequentibus.* §. Nota
secundo, sicut jure civili. *C. de jurisdic. omni
judic. l. 2.* ita etiam jure canonico actum
5 sequi forum rei, *cap. cum sit. 8.* §. Nota
tertio, clericos habere privilegium ne conveni-
antur coram iudice laico: cui privilegium
nunciare non possunt. *cap. si diligenti. 11.*

III. De libelli oblatione.

Secundum iudicii preparatorium est libelli conventionalis oblatio: de qua dixi ad iii. D. de edend.

IV. De mutuis petitionibus.

Tertium preparatorium est reconventio seu mutua petitio, qua reus actorem suum invicem convenit. §. Nota primo, non idem esse reconventionem, & mutuam conventionem. *Inf. l. 6. de rescr. c. 3.* nam reconventio respicit ad conventionem, ideoque non solum fit apud eundem iudicem, apud quem facta est conventio. *3. q. 8. c. 1. vers. cujus.* sed etiam eodem iudicio & eadem sententia terminatur. *c. 1. & rescriptum super conventionem impetratum,* obtinet etiam in reconventionem. *d. c. 3.* mutua vero conventio potest per se spectari, tanquam iudicium per se, non habita ratione conventionis. *Inf. de ordin. cogn. c. 2.* Quare omnis reconventio est mutua petitio: sed non recipitur, ut omnis mutua petitio sit reconventio. §. Nota secundo, reconventionem seu mutuam petitionem fieri posse, non solum coram iudice ordinario, sed etiam coram delegato. *c. 1. lib. 6. de rescript. d. c. 3.* non coram arbitro compromissario, quia fines compromissi excederet. *Sup. de arbit. c. 6. §.* Nota tertio, 4

d 3

nec

nec excommunicatum posse reconvenire. *de except. c. 5. in fin.* nec criminaliter accusatum. *3. q. 11. cap. 1. & 2.* nec super appellatione conventum. *Inf. de ordin. cogn. l. 1.*
 Hactenus de præparatoriis, quæ fiunt in lite contestatam.

V. De litis contestatione.

Hic titulus extat etiam *C. libr. 3. No.* primo, litis contestationem esse principium iudicii. *C. eod. l. 1. & D. res. rem. l. 1. amplius 15.*

VI. Ut lite non contestata non procedatur ad receptionem testium, vel ad sententiam definitivam.

Nota secundo, litis contestationem esse necessariam, ut ea omissa sequenti actus non valeant. *Sup. tit. prox. l. 1. un.* inde ea omissa iudex nec probationes recipere, nec sententiam ferre debet, ut hoc ostenditur.

VII. De iuramento calumnie.

Lite contestata, varii actus ante sententiam definitivam interponuntur: sed tria genera referuntur. In primo genere ponitur iusjurandum calumnie: in secundum probationes: in tertio progressus adversus contumacem, vel fatentem, vel negantem.

De jurejurando calumniae dictum est C. lib. 2

tit. 58. §. Nota primo, etiam clericos ju- 3

re debere in causis propriis, non in causis

ecclesiae. cap. 1. & cap. 5. §. Nota secundo, 4

prelatos, cum jurant, non tactis sed propo-

sitis tantum Evangeliiis jurare. c. ultim. §. 5

Nota tertio, cap. 2. hujus tituli, quo cavetur

ut in causis spiritualibus non juretur de ca-

lumnia, abrogatum esse. Inf. lib. 6. c. 1. §. ult.

§. Nota quarto, jure civili hoc jusjurandum 6

nec expresse nec tacite posse praetermitti,

quin iudicium reddatur nullum. C. hoc. tit.

2. §. sed quia veremur. jure autem canoni-

co si hoc jusjurandum non expresse sed tacite

sit remissum, id est, si petatum non sit, pro-

cessum sustineri. Infr. lib. 6. d. cap. 1. §. 1. Haec

acta sint de jurejurando calumniae.

HX. De dilationibus.

Sequuntur dilationes, de quibus dixi ad ti-

titul. D. de feriis & dilation.

IX. De feriis.

Dilationum variae causae deinceps tractan-

tur. Prima causa propter ferias, de qui-

bus dixi D. b. r.

X. De ordine cognitionum.

Secunda causa est propter ordinem judi-

ciorum, de quo dictum est C. de ordin. judic.

accidit enim, ut aliqua cognitio differatur,

d 4

donec

donec altera terminetur; exempli causa, cum de natalibus & hereditate quaestio est, sustinetur, donec de natalibus pronuncietur. c. 3.

XI. De plus petitionibus.

Tertia causa est propter plus petitionibus de qua *C. b. i.* Nam si quis plus tempus petat: tempus, quo expectare debebat, duplicatur, atque ita petitio ejus differuntur, nec tempus hoc duplicatum effluxerit. *vers. ei vero. & Instit. de except. §. tempus. vers. hodie.*

XII. De causa possessionis, & proprietatis.

Quarta causa est propter concursum petitorio & possessorii judicii. Nam petitorio prius possessionis quaestio finiri debet, quam petitorio agatur de proprietate. *interd. l. 3.* Jure tamen pontificio quaedam judicia possessoria possunt agitari una cum petitorio; alia vero sunt, quae sui naturae dicationem dominii praecedunt. c. 5. Quando possunt utraque judicia simul agitari, in pronuntiatione judicis praemittitur possessio, in executione praevalet proprietatis.

XIII. De restitutione spoliatorum.

Cum autem aliquid de spolio conquisitum prius possessio debet ei restitui, quantum us proprietatem petens audiatur. c. 1. & c. 2.

de ordin. cognit. c. ult. & D. de jud. l. si de
37. & ad leg. Jul. de vi publ. l. 5. §. 1. §. Spo-
 iam est violenta possessionis privatio. *c. 1. 2. 3.*
& passim. §. Quæ in omnes res cadit, mobi-
les. c. gravis. immobiles. c. 1. & jura. c. olim 17.
 Et vel fit per vim expulsiuam. *c. 6. vel per*
 vim ablatiuam. *d. c. gravis. vel per vim com-*
 pulsatiuam. *c. 2. §. Alia vero est spoliatio li-*
 cita, quæ iure iubente fit. *Sup. de renunc. c.*
in dubiis 8. & de arat. & qual. c. cum bona 8.
& de pact. c. 6. §. Spoliaste illicite dicitur
 etiam iudex, qui prætermisso juris ordine, ali-
 quem iure suo vel re sua privat. *c. conqueren-*
te 7. & qui spoliandum mandavit, aut spolia-
 tionem suo nomine factam ratam habuit.
cum ad sedem. 15. vel rem a spoliatore acce-
pit. c. sepe. 18. §. De spolio conqueritur ali-
 quis aut agendo (id est, conueniendo, vel re-
 conueniendo) aut excipiendo. Priori casu
 spoliatus est restituendus. Posteriori casu
 non cogitur actori ante restitutionem re-
 spondere. *Sup. de mutu. petit. c. ult. Hucusque*
 de dilationibus, & earum causis.

XIV. De dolo & contumacia.

Dinceps agitur de iudicii progressu in re-
 um contumacem, vel confitentem, vel
 negantem. §. Contumax est, qui dolo malo
 iudici non obtemperat; quare si in ius voca-
 tus se non sistat, legitimo impedimento ces-
 sante,

sante, contumax dicitur. *c. 6. in fin. §. 1.*
 contumacia variis modis coercetur. *Inf. lib. 6. c. 1.*
 reus contumax damnatur in expensas *Inf. lib. 6. c. 6. in fin.* quod obtinet etiam in actione
 per contumaciam abfuit: & insuper ad
 novam citationem non admittitur, nisi
 veat se in assignato termino comparere
Inf. lib. 6. c. 1.

*XV. De eo qui mittitur in possessionem
 rei servandæ causa.*

¹ **S**ecundo actor mittitur in possessionem
 servandæ & custodiæ causa, si modo
 lis causa, ut actor in possessionem mitti
 fit. *Sup. ut lit. non contestat. c. 3. id est, si
 actio sit de rebus profanis, non de dignitate
 seu personatu, vel beneficio ecclesiastico
 tinendo: tunc enim non est locus
 in possessionem, sed proceditur ad sententiam
 definitivam. Inf. lib. 6. c. un. vel contumacia
 censuram ecclesiasticam coercetur, & per
 compellitur. d. c. 3. §. Ergo qui in possessionem
 nem missus est rei servandæ causa, tantum
 stodiam habet. d. c. 3. sed reo intra
 non offerente cautionem se iudicio statim
 possessionem obtinet. c. 1. §. 2.*

XVI. Ut lite pendente nihil innovetur.

Superioris tituli doctrina est exceptio
 regulæ, Lite pendente nihil est innovandum

Lis pendere dicitur non solum post
restitutionem. *Inf. de verb. signif. c. ex par-*
ago. sed etiam (ut Doctoribus placet) post
restitutionem reo intimatam , usque ad senten-
tiam definitivam *c. 1. & 2.* imo etiam post
sententiam definitivam, si ab ea sit appella-
tum. *Sup. de offic. judic. deleg. c. pastoralis 28.*
præterea. & Inf. de sentent. & re jud. c. 1.
de appellat. c. saepe contingit. 44. vers.
aliois.

XVII. De sequestratione possessionum, &
fructuum.

Tertio res sequestrantur. *Sup. de dolo &*
contumac. c. 2. De sequestratione dixi ad
C. de probib. sequest. pecun.

XIIX. De confessis.

Consequenter agitur de confitente : de
quo dixi *D. eodem tit.*

XIX. De probationibus.

Ulm dictum sit de reo contumace, vel
confitente : superest, ut dicatur de reo in-
ficiante. Contra hunc debet probare actor,
quod intendit. De probationibus agitur cum
in genere, ut & *D. & C. eod. tit.*

XX. De testibus, & attestationibus.

Ulm in specie. Cum autem aliæ sint pro-
bationes proprie dictæ, aliæ verius rele-
vationes ab onere probandi, quam probatio-
nes:

nes: recte incipit a probationibus proprie
ctis: quarum duo sunt genera: vel enun-
batur per testes, vel per instrumenta. C.
l. 4. & de fin. instrum. l. emancipatione.
2 de test. l. 2. §. De testibus dixi D. b. l.
nota primo, testem, & attestationem
re: quia testis est persona, quae testimo-
perhibet: attestatio est dictum testis,
etiam testimonium appellatur. D. eod. l.
Gabinio.

XXI. De testibus cogendis, vel non.

NOta secundo, testes regulariter coguntur
monium dicere, videlicet nisi iurata
sentur. D. de testib. l. 1. §. 1. & C. de
quando. 19.

XXII. De fide instrumentorum.

DE iustrumentis dixi D. hoc tit. Hactenus
de probationibus proprie dictis.

XXIII. De praesumptionibus.

RElevant ab onere probandi, primo
sumptiones, de quibus dixi ad t. D. de
bat. & praesumpt.

XXIV. De iurjuranda.

SECUNDO iurjurandum, de quo dictum
D. hoc tit. de probationibus hactenus.

XXV. De exceptionibus.

PROBATA actoris intentione, reus
demnabitur, nisi aliqua exceptione se
fendat.

Hunc tractatum exposui D. eodem

XXVI. De prescriptionibus.

Exceptionis species est prescriptio: nihil enim aliud est, quam exceptio a temporeempta, ut prescriptio quadriennii, quinquennii & longi vel longissimi temporis, ut patet ad tit. de except. prescript. & prejudic. Impositi sunt actus inter litem contestatam, sententiam interjecti. Recte ergo subjicitur titulus sequens.

XXVII. De sententia, & re judicata.

Ulc titulo satisfeci ad tit. D. de re judicata.

XXVIII. De appellationibus, recusationibus, & relationibus.

Consequenter secundum ordinem t. i. propositum, de iis agitur, quæ iudicio vel sententia contraria sunt, illudque infirmant, vel impediunt. Hæc autem sunt quatuor, quibus pendentibus nihil est innovandum, videlicet appellatio. Sup. de offic. jud. deleg. c. parialis 28. §. præterea, & D. nihil innov. appel. pendens. l. un. recusatio iudicis. c. secundo re-queris 41. §. tertio postulas. relatio. Sup. de offic. leg. c. 5. & 2. q. 1. c. nomen 11. & 6. q. 3. denique 3. & peregrinatio ejus, qui Romam petit sedis Apostolicæ adeundæ causa. c. meminimus 9. & c. ad audientiam 34. & Inf. c. prox.

- 2 *prox. c. un.* §. De appellatione & relatione iudicis dictum est *lib. 49. Pandectar. tit. 1. & aliam*
- 3 sequentibus. §. De recusatione iudicis peregri-
 primo, recusari iudicem suspectum. *de offic. judic. deleg. c. suspicionis 39. & 39. §. 1.*
 §. Nota secundo, posse recusari tam iudicem
 ordinarium. *d. c. ultim. & Sup. de foro com-
 tent. c. 4.* quam iudicem delegatum. *c. 1. §. 1. & 36. & Sup. de offic. judic. deleg. d. c. 1. & 1. §. 1. & 1. §. 1.*
c. 1. §. 1. Jure autem civili recusatur tam
 iudex delegatus. *C. de judic. l. aperit. §. 1.*
 ordinario autem suspecto adjungitur episcopus
 4 *pus. Nov. 86. c. 2.* §. Nota tertio, iudex
 suspicionis coram ipso iudice recusari
 poni, & coram arbitris probari. *d. c. 1. §. 1. & 1. §. 1.*
requiris. §. tertio postulat. & c. cum sp. §. 1.
in pr. & Sup. de offic. judic. delegat. d. c. 1. §. 1.
c. 1. §. 1.

XXIX. De clericis peregrinantibus.

DE clericis peregrinantibus, id est, iudicibus
 scientibus ut sedem Apostolicam ad
 nota nihil interim esse innovandum, *c. 1. §. 1.*
 vel ante citationem iter arripuerint. *Sup. de
 prox. c. meminimus 9.* vel post aliquod
 vamen sibi illatum. *d. c. un. b. t. ad lib. 1. §. 1.*
 2 *dientiam 34. Sup. t. prox.* §. Nota dicitur
 tiam inter hunc titulum *de clericis peregrin-*
nantibus, & tit. Sup. de clericis peregrin-

ibi peregrini vocantur exteri, qui extra provinciam seu dioecesim habitant: hic peregrinantes appellantur, qui iter faciunt, ad sedem Apostolicam accedant.

XXX. De confirmatione utili & inutili.

Sententia, quæ per appellationem suspensa & infirmata est, interdum per superiorem iudicem confirmatur, dum bene fuisse iudicatum, & male appellatum pronunciat. §. 2. Nec tamen sententiæ duntaxat confirmantur, sed etiam alii actus, ut prælatorum electiones. Inf. lib. 6. de elect. c. 6. §. cæterum. Confirmatio autem, si valet, dicitur utilis; si effectum caret, appellatio inutilis, aut quia per surreptionem, c. 2. vel per obreptionem est impetrata. c. 5. Explicite tractatus de iudiciis, una cum secundo libro Decretalium.



LIBER



LIBER III.

- 1 **S**equitur expositio causarum, ex qua
 judicia oriuntur. Sunt autem tres
 farum genera, ex quibus tres se-
 tes libri prodeunt: hoc enim libro dicitur
 de causis civilibus clericorum & regularium
 & monachorum: libro autem sequenti
 gerur de sponsalibus & matrimoniis laicorum
 rum: denique ultimo libro de delictis
 clericorum quam laicorum differetur. §. E-
 jus tertii libri tres sunt partes: prima est
 pria clericorum secularium, altera est
 pria regularium & monachorum, tertia
 ultima est clericis & monachis communis.
 Primæ partis sectiones duæ sunt: prior
 personis, posterior de rebus.

TITULUS I.

De vita & honestate clericorum.

Quod ad personas clericorum attinet, con-
 tum est eos honeste vivere debere: nam
 hoc juris præceptum commune est. *D. de p-
 & jur. l. iustit. 10. §. 1. & Inst. eod. §. juris præ-
 cepta.* Duplex autem est vitæ honestas: una
 interna, altera externa. Interna honestas est

mi probitas, qua praediti cupiunt ex juris
virtutum praescripto vivere. Externa in ex-
ternis secundum virtutem actionibus confi-
sit, de qua hic subjicientur tria praeccepta ad
clericos pertinentia.

*II. De cohabitatione clericorum &
mulierum.)*

Primum praecceptum est, ne clerici simul
habitent cum mulieribus, de quibus suspi-
cio incontinentiae esse possit. *cap. 1. cum sim.*

III. De clericis conjugatis.

Secundum praecceptum est, ne uxores du-
cant, si aut in majoribus sint ordinibus,
aut beneficium Ecclesiasticum retinere ve-
nt. *cap. 1.*

*IV. De clericis non residentibus in Eccle-
sia, vel praebenda.*

Tertium praecceptum est, ne absint ab Ec-
clesia, vel praebenda, quam obtinent, sed
in ea resideant, ut ei per se inservire possint.

cap. 3. & Inf. de praebend. c. extirpanda 30. §. 1.
alioquin nisi justo impedimento detenti sint,
ea privabuntur. *cap. 4. c. ex parte 8. c. quali-*

ter 9. & c. ultim. Inter justa impedimenta
refertur, si in alia majori Ecclesia deservire de-
beat: quo casu in parocchiali Ecclesia non resi-
debit, sed vicarium perpetuum constituet, ut
notavi *Sup. de offic. vicar. §. 2.* Hactenus de
personis clericorum.

c

V. De

dignitas, alibi personatus, pro diversa lo-
quendi consuetudine. *Panorm. in c. cum de
multa. num. 21.* ut supra dixi de sacrista, the-
saurario, & custode; nec non de beneficio,
præbenda, & titulo.

VI. De clerico egrotante vel debi-
litato.

Altera qualitas est infirmitas corporis,
propter quam quæri potest, an præben-
dam amittat; & si quidem clericus in levem
nec diuturnum morbum incidit, ut in febrim
tertianam, vel quartanam, nihil amittit, *cap. 1.*
Si vero morbo gravi & diuturno, vel perpe-
tuo laboret, ut lepra, apoplexia, paralyfi,
tunc ab administratione removetur, eique
coadjutor adjungitur, qui curam habeat ani-
marum. *c. 3. penult. & ultim. & Inf. lib. 6. c.*
an. utriusque autem de facultatibus Ecclesiæ
prospicitur. d. c. 3. & d. c. un. §. præfenti. De
præbendato & ejus qualitatibus hætenus.

VII. De institutionibus.

Secundo loco consideratur ipsa præbendæ
concessio, quæ vocatur institutio. *Inf. lib.*
9. de reg. jur. reg. 1. Nam institutio (ut opi-
nor) est dignitatis vel officii vel præbendæ
concessio. Quæ quidem vocatur institutio
corporalis. *Sup. de offic. archidiacon. c. 7. & in-*
stituta. Sup. de sentent. & re judic. c. cum
olim.

olim. 12. & de praben. & dignit. c. pro illor
 22. & Inf. t. prox. c. 4. & de his que sunt a
 2 par. c. 3. §. Nota primo, inter collationem
 institutionem, & investituram, mea sententia
 3 in hoc tractatu nihil interesse. §. Nota
 cundo, institutioni opponi destitutionem
 Inf. de iis que fiunt a prala. c. 4. in fin. & de
 ret. c. cum ex in iuneto. 12. in fin.

*IIIX. De concessione prabendæ & ecclesiæ
 non vacantis.*

Tertio loco consideratur id quod con-
 tur. Hic datur regula, præbendam
 Ecclesiam non vacantem non esse conceden-
 2 dam, nec promittendam. c. 1. & 2. §. Per
 ro trifariam contingere potest, ut præbendam
 vel Ecclesia vacet. I. De jure & de facto
 morte ejus a quo obtinebantur. *Sup. de postul.
 pralat. c. 3. & 4.* aut renunciatione. *Sup. de
 renunciat. c. 6.* aut degradatione. *Inf. de
 bor. signif. c. novimus 27. & l. 6. de pun. 11.*
 aut translatione. *Sup. de postul. pralat. c. 2. in
 fin. & c. 4. in fin.* tuncque potest libere con-
 ferri. *cap. 2. vers. si vero cum sim.* II. De
 jure tantum, non de facto: ut cum quis ha-
 bens præbendam, adeptus est majorem dig-
 nitatem, eique concessum est, præbendam res-
 neat: tuncque debet is qui tenet, ad resignan-
 dum compelli, & post resignationem factam
 quia de jure & de facto vacabit, recte in præ-
 sonam

sonam idoneam conferetur. *cap. 6. & cap. literas. 9.* III. De facto non de jure, ut cum quis spoliatus est, quo casu non debet beneficium in alium conferri, sed spoliato restitui. *Sup. de his que vi metusve caus. fiunt. c. 2. & 4. cum sim.*

IX. Ne sede vacante aliquid innovetur.

Quarto loco consideratur concedens præbendam. Hic dantur tres regulæ. Prima regula est: Beneficia spectantia ad collationem prælati, non possunt conferri per capitulum sede vacante. *cap. 2.* quia regulariter sede vacante nihil est innovandum. *c. 1. vers. attendentes igitur.* Præsentatus tamen a patronis potest vacante sede capitulum admittere, & instituere. *Inf. lib. 6. de Instit. un.*

X. De iis que fiunt a prælato sine consensu capituli.

Secunda regula est: Prælati sine consensu capituli instituere, vel destituere, vel alia Ecclesiæ negotia tractare non debet. *cap. 4.*

XI. De iis que fiunt a majori parte capituli.

Tertia regula est: Quod fit a majori & minori parte universitatis ecclesiasticæ, valet, licet aliqui contradicant. *c. 1. lege quæ notavi Sup. de elect. §. 6.*

XII. Ut Ecclesiastica beneficia sine deminutione conferantur.

QVinto loco consideratur quantitas concessionis seu rei concessæ. Hic datur regula: Ecclesiastica beneficia sine deminutione esse conferenda. Hinc colliguntur torollaria. I. Collator non potest fructus beneficii retinere, nisi ante collationem cum capitulo statuerit, ut fructus ad tempus retineantur ob justam & necessariam causam. *c. un. vers. unde credimus. & Inf. de cons. c. l. ex b. significat.* II. Beneficia dividi non possunt. *Sup. de preb. c. majoribus 8.* nisi adeo sint ampla, ut pluribus sufficere possint. *Sup. eod. c. vacantibus 26.* Hactenus de præbendis.

XIII. De rebus Ecclesiæ alienandis, vel non.

Consequenter agitur de rebus Ecclesiæ non spiritualibus sed temporalibus. Hæc pars quinque tractatus continet. I. De alienatione. II. De contractibus principalibus, ut commodato, deposito, emptione & venditione. III. De contractibus accessoriis, ut fidejussione, & pignore IV. De solutione. V. De donatione. Dicamus igitur primo loco de alienatione. §. Alienatio capitulorum modis. I. Auguste pro venditione, ita accipitur in §. si rem suam. *Inst. de legat. l. 1. C. de jur. emphyteut. ut ipse Justinianus*

interpretatur in §. adeo. *Inst. de locat. & con-*
duct. II. Late pro quocunque actu domi-
 nium transferente. *C. de fund. dom. l. 1.* III.
 Latius ut complectatur etiam servitutis amis-
 sionem, *D. de verb. signif. l. alienationis 28.*
 mancipiorum manumissionem, usufructus
 donationem, hypothecæ, vel pignoris constitu-
 tionem, servitutis impositionem, emphy-
 teusim *C. de reb. alien. non alien. l. ult.* & rei
 alienæ venditionem. *D. de alien. jud. mut. cau.*
l. ex hoc edicto 8. §. alienare. Hæc latissima
 significatio in præsentia sumi debet, licet non
 omnes alienandi modi proponantur in *cap. 5.*
§. 1. ubi dicitur alienationis verbum contine-
 re conditionem, donationem, venditionem,
 permutationem, & emphyteuticum perpe-
 tuum contractum. Quod dicitur de conditio-
 ne, dubium, & obscurum est, quomodo enim
 conditio est aliena? Host. legit *conductionem,*
 & intelligit conductionem perpetuam. Sed
 qui conducit, non alienat. quod si condu-
 ctionem accipias pro locatione, tamen fru-
 stra ejus mentio fieri videtur: quia non dif-
 fert ab emphyteusi, quæ mox in contextu
 adjungitur. Innoc. intelligit conditionem
 contractui adjectam, id est, contractum con-
 ditionalem: vel conditionem rei mutatam,
 veluti si prædium fiat tributarium, aut annua
 pensione oneretur, aut servitus ei imponatur.
 Prior interpretatio non placet: quia quod est

in conditione, non est in dispositione. Prior quoque interpretatio parva est: quae suppleri oportet, in quo solo alienatio consistit. Non enim conditio, id est, rei quitas, sed conditionis mutatio est alienatio. Quod si accipere liceat conditionem pro mutatione conditionis: pari ratione licebit accipere colorem pro mutatione coloris, & titulum pro mutatione; id est, pro capitis diminutione; & testamentum pro mutatione testamenti: & alia ejusmodi, quae non potest dici posse. Quid ergo dicemus? Probabile est, hoc verbum *conditionem*, quod in hoc commodam interpretationem recipere potest, est, in contextum irrepsisse, ita ut praesens primum ex praecedente, finis ex sequenti transfluxerit, ut solent saepe scriptores vocales vel syllabas temere iterare. Quapropter in 4^o judicio est delendum. §. Res Ecclesiae in poena excommunicationis alienari prohibetur. *c. 6. & 10. q. 2. c. 1.* Excipitur, nisi alienentur ob aliquam ex tribus sequentibus causis. I. Propter necessitatem aeris alieni, quae non potest ex fructibus dissolvi. *d. q. 2. c. 1. in fine.* II. Pietatis causa, ut ad redimendos captivos, vel pro alendis pauperibus temporariae annonae. *d. q. 2. c. 1. in fine. & 12. q. 2. c. 1. in fine.* III. Propter utilitatem, ut quia venditur res, quae servando servari non potest, aut quae est magis oneri quam

lumento. c. 7. & 12. q. 2. c. sine exceptione
 §. c. seq. §. Nunc videamus, quomodo
 Ecclesiasticæ alienentur. I. Earum aliena-
 tio, quæ servari non possunt, nullam solen-
 nitatem requirit. *Hostiens. in §. & quib. ex
 caus. vers. res autem.* II. Eas, quæ servari
 possunt, si exiguæ sint, & parum utiles, solus
 Episcopus distrahere potest. 12. q. 2. c. terrulas
 q. III. Alias res quæ servando servari pos-
 sunt, Episcopus sine cleri consensu distrahe-
 re nequit. *ea. q. c. placuit. 50. & c. seq.* Imo
 cum sunt res magni momenti, & valde utiles,
 sed quæ ob nimiam Ecclesiæ necessitatem di-
 strahere oportet, Archiepiscopus cum aliis
 provinciæ Episcopis, aut hi saltem consulen-
 ti sunt. 17. q. 4. c. nullus res. IV. Abbas res
 monasterii sine consensu Episcopi alienare
 non potest. 12. q. 2. c. abbatibus. 40. & q. 4.
 c. in venditionib. 38. Haftenus de prohibi-
 ta vel concessa rerum Ecclesiasticarum alie-
 natione.

XIV. De precariis.

Institutus ordo requirit, ut nunc agatur de
 contractibus principalibus: postea vero di-
 cetur de accessoriis. §. Primus contractus
 sunt precariæ. Cave confundas precarias cum
 precario: quia perspicue distinguuntur c. ult.
 Cave etiam distinguas cum Hostiens. inter
 precarias & precariam: quia pro eodem ac-
 cipiuntur. x. q. 2. c. precaria 4. & communis

- Doctorem schola pro eodem habet, et
3 *Panorm. in c. 1. num. 3. §. Precaria sunt* tractus, quo prædium perpetuo vel aliquod tempus fruendum conceditur. et quæ ita ut annua pensio præstetur, ut colligitur ex *Nov. Leon. 13.* & de quinquennio in quinquennium contractus renovetur. *c. 1. §. 2. c. 5.* Itaque hic contractus per similitudinem emphyteusi: vel potius est ejus species. *de* a Leone Imper. vocatur emphyteusis. *de* *13.* differt enim ab emphyteusi, ut speciatim *18.* genere: quoniam emphyteusis dicitur, et si non debeat singulis lustris renovari: *de* *4* *ria* vero omnino renovari debent. *de* *4* primo, pro renovatione contractus aliquid solvi ab eo qui precaria nomine prædium tenet. Doctores id vocant laudem. Græci *εἰσδεξιὰν*, cujus quantitas a Leone definitur *d. Nov. 13.* scilicet si duplum contractus emphyteutici; ibidem statuit, ut in re ecclesiæ vertatur, non lucro prælati cedat. *de* *5* Nota secundo, præcariæ seu precarium in re civili nullam mentionem fieri: in iure autem Canonico, legibus Francicis, & alibi agitatur de precariis, nunc contractum præcariis in solis rebus Ecclesiasticis, nihil tamen in toto obstare, quo minus etiam de rebus precariis ita contrahatur. Hæc dicta sunt de precariis. *de* *6* *riis.* §. De precario autem dictum est *de* *43. tit. 26.*

XV. De commodato.

Secundus contractus est commodatum, de quo dixi *D. h. t.*

XVI. De deposito.

Tertius contractus est depositum, quem exposui *D. h. t.*

XVII. De emptione & venditione.

Quartus contractus est emptio & venditio, de qua prolixè tractatum fuit *D. h. t.* 18. & 19.

XVIII. De locato & conducto.

Quintus contractus est locatio & conductio. *vide titulum D. locat.*

XIX. De rerum permutatione.

Sextus contractus est permutatio, de qua dixi *D. hoc tit.*

XX. De feudis.

Septimus contractus est feudum, quod ab Oberto de Orto sic describitur: Feudum est beneficium, quod ex benevolentia ita datur alicui, ut proprietas quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat; fructus vero illius rei ad accipientem transeat, ut ad eum heredesque suos masculinos sive foeminas, si de his nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertineat, ad hoc ut ille & eius heredes fideliter domino serviant, sive servitium illud nominatim quale esse debeat, &c.

sit expressum, sive indeterminate sit per se sit
 sum. 2. *Feudor. 23. in quib. caus. feud.* a m
 2 §. *hujus autem.* §. Qui feudum dat, appo
 tur I. Dominus, quia dominium dicitur mino
 habet: dominium vero utile, quod dicitur. i.
 definitione appellatur improprie usufructuatur
 in accipientem transfertur. II. Senior eodem
 latino vocabulo a senectute deducto, sicut Pare
 baro, id est, ut exprimat Longobardorum. E
 vocabulum *segnore*, quod Dominum variis f
 ficat. Itaque horum duorum vocabulorum. i. &
 Senior & Dominus, una & eadem est *de in*
 3 catio. §. Qui vero feudum accipit, is dicitur &
 natur I. Vasallus. II. Beneficiarius III. Comes do
 vel clientulus, ut i. *Feud. 10. de contum. m. 2*
dom. §. 1. 13. de alien. feud. IV. *in*
 V. Fidelis, a fide, quam Domino debet. *in di*
 & feudum dicitur a fide. 2. *Feud. 3. p. 1. quia su*
fiat invest. in fin. id est a Longobardico *m. 2*
 4 bulo *fede*, quod fidem significat. §. Vasallum, p
 rum ordines quatuor sunt. In primo accipi
 sunt capitanei regni, seu Capitanei regni *multa*
 Capitanei majores, ut Duces, Marchiones *ultra*
 Comites, qui feudum ab Imperatore, *pro re*
 ge acceperunt, id est, investiti sunt de *tractu*
 vel marchia, vel comitatu. In secundo *pro ju*
 Capitanei minores, seu regni aut regis *quod*
 fores, seu majores valvasores; qui a Princeps *Feu*
 vel a Duce, vel Marchione, vel Comite *qu*
 plebe aliqua vel plebis parte per feudum *vel i*

In tertio sunt minores valvasores,
 In quarto valvasores minimi seu valvasini, qui
 minoribus valvasoribus feudum accepe-
 runt. *1. Feud. in pr. & §. ult. & lib. 2. t. 10. quis
 dicitur Dux, Marchio. §. Qui vero sunt in
 eodem ordine & convasalli hi appellantur
 Pares, 2. Feud. tit. 16. de contr. seu apud pa-
 rones. & lit. 19. an remov. deb. testes. II. Pares
 seu curtis. 1. Feud. tit. 2. de feud. guar.
 & tit. 3. qui success. feud. da ten. & tit. 4.
 de invest. feud. contr. fuer. §. item si vasal-
 larius III. Caus domus. 2. Feud. 16. de contr. seu ap. pa-
 rones. vel par. de domo. 1. Feud. 26. si de inve-
 st. inter dom. & vasall. lis oria. §. si quis. Nota
 non dici pares, quia sint pares Domino, sed
 sunt pares inter se. *Duar. de feud. c. 7.
 §. Porro ut depositum, commoda-
 tum, pignus; ita etiam feudum multis modis
 accipitur: huiusque homonymia distinctio
 multas difficultates tollere, & multa loca il-
 lustrare potest. Feudum enim accipitur, I.
 Pro re feudi nomine concessa. II. Pro con-
 tractu, quo ea res in feudum conceditur. III.
 Pro jure, quod vasallus in ea re habet, seu
 quod inter Dominum & vasallum spectatur.
 Feudum constituitur investitura. *1. Feud. 7
 quib. mod. feud. const. potest. qui etiam in-
 vestitio appellatur. 1. Feud. tit. 26. si de invest.
 inter***

*inter Domin. & vasa. lis oria. & tit. ad
Mediolanens.* Investitura proprie dicitur
quis in possessione rei constituitur: im-
prie, cum in argumentum translati-
onis alia res traditur, ut hasta, vel
corporea. 2. *Feud. 2. quid sit invest.* Na-
vestitura ab investiendo dicitur: quia qui
di possessionem accipit, eo quasi veste-
dam induitur, quemadmodum cum es-
vatur, exiit, ac devestiri dicitur. 1.

87. *de natu feud.* §. Feudorum divi-
multa sunt. I. Aut est feudum proprie
quod naturam feudi in omnibus retinet
improprium seu degenerans, quod ex
a vero feudo degenerat: quia natura
aliqua ex parte mutata est. 2. *Feud. 1. 2. de
fit investitura. §. ult. & 1. 48. de feud.
hab. prop. feud. natu.* Ad naturam
feudi multa pertinent: veluti ut in re
bili consistat, aut in re quæ pro immo-
beatur. 2. *Feud. 1. de feud. cong. §. ult. de
minium directum maneat penes feudo-
utile transierit ad vasallum: ut perpetuo
sit. 2. Feud. 23. in quib. caus. feud. amitt. §. 1.
jus autem. & alia multa, quæ in feudis
lariter obtinent, nisi pacto aliud cautum.*

II. Aliud est Ecclesiasticum, quod fit
Ecclesiastica: aliud seculare, quod fit
non Ecclesiastica, nec habenda est ratio
sonæ dantis, vel accipientis feudum: quia

illi interest, utrum sit clericus, an laicus, ut
 contra vulgus interpretum tradit Vultejus
lib. 1. de feudis. c. 8. num. 19. III. Aut est ve-
 tus seu paternum, quod aliquis ex parentibus
 vassalli acquisivit: aut novum, quod quis de
 novo acquisivit. *1. Feud. 4. si de invest. seu con-
 nov. fuer. §. cum autem. & lib. 2. tit. 3. per
 quos fiat invest. in pr. & tit. ix. de success. fratr.
 & tit. 12. de fratr. de nov. benef. invest. & tit.
 14. de vasallo decrep. et. & tit. 15. de invest. in
 mar. sac. & tit. 32. qui testes sunt necessa. vers.
 vocam. & tit. 91. de invest. vet. & nov. ben. fic.*
 Nulla est igitur inter feudum paternum, &
 antiquum differentia: quia paternum voca-
 tur in infinitum. *2. Feud. 50. de natu success.
 Feud. quamvis olim paternum diceretur us-
 que ad quartum, vel septimum gradum 1. Feud.
 tit. 8. de success. feud. §. 1. nimirum quia suc-
 cedio feudalis olim usque ad quartum gradum
 postea usque ad septimum, novissima in infi-
 nitum extenditur. 1. Feud. 1. de his qui feud.
 lar. poss. §. hoc quoque.* IV. Aliud est mascu-
 linum, quod masculus primum acquisivit:
 aliud feminineum, quod femina primum ac-
 quisivit. *2. Feud. 30. de feud. fem.* Qui mascu-
 linum appellant, quod ad masculos, non ad
 feminas transmittitur; feminineum, in quo fe-
 minæ non extantibus masculis succedunt:
 contra verba contextuum feudalium loquun-
 tur. *2. Feud. tit. ii. de success. fratr. vers. pro-
 les,*

les. & tit. 50. de nat. success. feud. in pr.
 Aliud est nobile, quod infeudati nobilitas
 arguit, quia nobilitatem sic adnexam ha-
 ut si in ignobilem conferatur, etiam nobilitas
 reddat: aliud est ignobile, seu plebejum
 burgense, quod nullam arguit nobilitatem
 quia etiam a plebejis teneri potest. Hanc
 visionem Doctores colligunt ex 2. *Feud.*
quis dic. dux. marchio. vers. ceteri. VI.
 est regale, quod a solo rege, id est, a
 mo principe non cognoscente superiori
 tribuitur, & regalem dignitatem adnexam
 habet, ut ducatus, marchia, comitatus. *1. Feud.*
14. de feud. march. in pr. & lib. 2. tit. 34. de
Corradi. in pr. aliud non regale, quod
 dignitatem adnexam non habet, sive
 sive ab alio sit concessum, ut cum aliquis
 aliqua plebe investitus est. 2. *Feud. 10. quod*
cat. dux. marchio. VII. Aliud est feudum
 ligium sive homologum; de quo investitus
 ita Domino ligatur, id est, obstringitur,
 fidelitatem praestare debeat contra omnes
 nullo anteposito, id est, nemine excepto.
Feud. 93. factum fratri fratri non nocet.
99. de feud. leg. aliud non ligium, in quo
 litas non praestatur adversus omnes; ut
 feudum ligium non potest ab alio contra
 quam ab imperatore, vel a rege, seu principe
 non recognoscente superiorem; cum aliam
 promittenda fidelitate semper excipiat.

remus princeps. 2. *Feud. 7. de no. for. fidel.*
pr. & tit. 55. de prohib. feud. ali. per Fride-
ric. in fin. IIX. Vel est feudum in curte seu
 curia Domini, vel extra curtem five extra cu-
 riam (nam his duobus vocabulis, *curia, & cur-*
ria, idem significatur) 1. *Feud. 5. quibus modis*
feud. amitt. §. item si quis feudum. & lib. 2. tit.
1. de capit. qui cur. vend. in princ. In cur-
 te est feudum soldatæ, quod plerumque in
 solidorum donatione consistit, interdum in
 vino vel annona. 2. *Feud. 10. quis dica. dux. §.*
soldata. Cum consistit in vino, dicitur de ca-
 mera, cum in annona, de camera: nam ca-
 mera est horreum, caneva est cella vinaria;
 in feudis, de camera, & de caneva, men-
 tio fit 2. *Feud. 1. de feud. cognit. §. ult. &*
tit. 2. quid si invest. §. si vero vasallus. & tit.
1. de not. feud. in pr. quibus in locis alii co-
 munes habent *caneva*, alii *cavena*: ego priorem
 electionem probo. Item in curte Domini
 est feudum habitationis, cujus mentio fit 2.
Feud. 75 de cond. feud. non imple. & tit. 105.
de feud. habit. Item in curte Domini sunt
 feuda guardiæ, & gastaldiæ, id est, quæ dantur
 pro guardia, vel gastaldia; guardia est custo-
 dia: gastaldia est cura & administratio, ho-
 rum feudorum mentio fit 1. *feud. 2. de feud.*
gar. & gastal. & tit. 11. de pign. dat. feud.
 Hæc omnia feuda, quæ dixi esse in curte Do-
 mini, sunt feuda impropria. Extra curtem est
 f
 feu-

feudum, cum vasallus a Domino accipit. *2. Feud. 1. de feud. cog. §. ult.* IX. Aliud est feudum hereditarium, quod aliquis sibi & heredibus vel successoribus acquisivit: aliud feudum seu de familia, sive ex pacto & providentia quod aliquis acquisivit sibi & filiis vel heredibus nulla facta heredum mentione: aliud feudum quod vasallus acquisivit sibi & filiis seu heredibus seu successoribus. Hæc dicitur communi Doctorum auctoritate competere. X. Aliud est feudum francum, quod est a servitiis præstandis immune: aliud feudum francum, quod servitiorum præstantiam requirit. Hæc quoque divisio vulgo a Doctoribus traditur. XI. Aliud est feudum condonatum, quod certa lege datum est vasallo, puta ut certa servitia Domino præstet: aliud feudum simplex seu rectum, in quo servitia non sunt determinata. *2. Feud. 27. in quibus causis feudum amittit. in fin. & tit. 51. de capitano. qui curiam amittit. §. ult.* XII. Aliud est emptitium, quod pecunia vel alia re est acquisitum: aliud feudum collatum, quod gratis collatum est in vasallum. hoc esse feudum proprium, illud improprium ex definitione feudi supra tradita satis constat. XIII. Aliud est perpetuum, quod heredes vasalli perpetuo transit, ut constat *2. Feud. 23. in quibus causis feudum amittit.* vera & propria feuda. *2. Feud. 23. in quibus causis feudum amittit.*

feud. amitt. in fin. aliud temporale, ut feudum
guardiæ, vel gastaldiæ, quod anno termina-
tur. 1. *Feud. de feud. guard.* & feudum solda-
tæ, quod finitur morte dantis, vel accipien-
tis. 2. *Feud. 10. quis dic. dux. vers. soldata au-*
tem. & feudum habitationis, quod morte ac-
cipientis finiri dicitur. 2. *Feud. 105. de feud.*
habitat. XIV. Aliud est dividuum, aliud in-
dividuum. Sunt autem omnia dividua, præ-
ter feuda regalia, ut Ducatum, marchiam,
comitatum. 2. *Feud. 55. de probib. feud. alien.*
per Frideric. §. praterea ducatus. De contra-
ctibus principalibus hætenus.

XXI. De pignoribus, & aliis cautionibus.

DEinceps dicendum de contractibus acces-
soriis, qui per se non consistunt, sed aliis
contractibus accedunt. §. Primus acces-
sorius contractus est pignus: de quo late di-
ctum fuit in quarta Digestorum parte. §. Est
autem pignus cautionis species, ut docui ad
tit. Instit. de satisdat. §. 3. ubi alia quoque
cautionum genera exposui.

XXII. De fidejussoribus.

Secundus est fidejussio, de qua dixi *D. b. t.*
Dictum est de contractibus tam accessoriis,
quam principalibus.

XXIII. De solutione.

Consequenter secundum ordinem, quem
f 2 tit.

tit. 13. proposui, agitur de solutione: de qua dixi *D. b. t.*

XXIV. De donationibus.

Tandem agitur de donatione: de qua dixi *D. b. t.* De rebus Ecclesie hactenus.

XXV. De peculio clericorum.

Sequitur ut videamus de rebus clericorum propriis, seu de proprio eorum patrimonio, quod non quatenus sunt clerici, habent.

2 §. Dicitur peculium clericorum, non solum si sint filii familiarum, sed etiam si sint tres familiarum: quia peculium dicitur quod est pusilla pecunia, seu pusillum patrimonium. *D. de pec. l. 5. §. pen.* Idcirco quidam solent extenuandarum suarum facultatum gratia suum patrimonium appellare peculium. *D. de Trebell. l. cogi. 16. in pr.* §. Nota primo, si

3 *Trebell. l. cogi. 16. in pr.* §. Nota primo, si adquisita a clerico ex bonis Ecclesie, et ipsius Ecclesie, licet alio nomine empti sunt.

4 *c. 2. & 4.* §. Nota secundo, si clericus tempore promotionis nihil in bonis habuerit, post promotionem prædia emerit, hæc præsumuntur esse Ecclesie; quia præsumuntur acquisita ex rebus Ecclesie. *c. 1.*

XXVI. De testamentis & aliis ultimis voluntatibus.

1 **N**ota tertio, clericum posse testari de rebus patrimonialibus, non de rebus Ecclesie sive acquisitis intuitu Ecclesie. *cap. 1.*

§. Quid sit testamentum, & quid ultima voluntas; & quot sint testamentorum, & ultimarum voluntatum genera, docui ad *tit. D. qui testam. fac. poss.*

XXVII. De successione ab intestato.

Nota quarto, si clericus sine testamento decesserit, ejus bona patrimonialia deferri cognatis secundum ordinem legitimæ successione. Si vero cognatos non habuerit, ejus bona Ecclesiæ vindicari. *c. 1. & 12. q. 3. c. 2. & q. ult. c. ult.*

XXIIX. De sepulturis.

Nota quinto, sicut bonorum defuncti sive ex testamento sive ab intestato, ratio habetur, ita etiam corporis ejus rationem haberi: quod humanum est in majorum suorum sepulchro, nisi ipse aliam sepulturam elegerit. *c. 1. & inf. lib. 6. c. 2. §. 1.* aut nisi sit talis, ut Ecclesiasticæ sepulturæ tradi non debeat, ut paganus, Judæus, hæreticus. *Inf. lib. 6. de heret. c. 2. in pr. usurarius. Inf. lib. 6. de usur. c. 2. & omnis excommunicatus. c. sacris* sed ultimo supplicio damnatis, puram confessionem agentibus, ac digne pœnitentibus, neque communio neque Ecclesiastica sepultura est deneganda. *13. q. 2. c. questum.* cui tamen jure civili non traduntur sine permisso principis. *D. de cadav. punit. l. 1.*

XXIX. De parœciis, & alienis parœciis.

- ¹ Nota sexto, cum defunctus in aliena parœcia sepulturam elegit, tunc ex his, quæ pro anima sua reliquit Ecclesiæ, in qua sepulsi voluit, canonicam portionem debentur Ecclesiæ parœciali, quæ quidem portio quarta pars. *c. cum super. 8.* nisi loci consuetudo aliam partem, ut tertiam, vel dimidiam finiatur. *c. certificari. 9.* §. Parœcia est una Ecclesia baptismalem, & populum deputatum continens. *16. q. 1. c. plures. 55.* Parœcia dicitur ἀπὸ τῆς παροικεῖν: quia parœciani παρὰ τῆ ἐκκλησία οἰκῶνται, juxta Ecclesiam habitant. Alii Parochiam vocant τῆς παρέχειν, quod est præbere, id est, a sacramentorum distributione: quia cuilibet sacramenta præbentur in sua parœcia. igitur eidem Ecclesiæ sunt deputati, qui sunt parœciæ, cæteri sunt alieni parœciæ.
- ⁴ §. Hæc parœciarum distinctio Dionysii auctorem habet. *Sup. de his quæ sunt a presbitero. si conf. capit. c. pen. & 13. q. 1. c. Ecclesiæ.* Hucusque de peculio clericorum.

XXX. De decimis, primitiis & oblationibus.

- ¹ Superest dicendum de decimis, primitiis & oblationibus, hoc enim est ultimum, quod hic, quæ *lit. 5.* explicanda proposuimus.

Decima est, quota fructuum vel lucri portio, 2
 Deo debita. *can. paracianos. 14. & c. tua nobis*
16. vers. cum Deo debita. Ideoque Laico de-
 beri non potest. *c. ad hęc 15. c. quamvis 17. in*
fin. c. prohibemus 19. §. Decimarum igitur 3
 genera duo sunt: nam alię sunt personales,
 quę ex lucro, quod quis sua industria seu ne-
 gotiatione fecit, deducuntur: alię reales seu
 prædiales, quę de fructibus, ut frumento,
 avis, pomis sumuntur: quia Deus in signum
 universalis domini sibi reddi præcepit.
d. c. tua nobis vers. nimis profecto. §. Inter 4
 prædiales & personales decimas differentia
 plures sunt. I. Judæi. *c. de terris 16. & Inf. de*
usur. c. pen. in fin. nec non clerici regulares at-
 que monachi non debent usuras personales.
16. q. 1. c. decim. 48. sed prædiales, nisi speciali
 privilegio sint excepti. *c. ex parte tua ad nos*
10. & Inf. lib. 6. c. 2. §. pen. & Inf. de verbor.
signif. c. quid per novale 21. quod privilegium
 non potest ab Imperatore. *c. tua & Infra 25.*
 sed tantum a Papa concedi. *d. cap. ex parte tua*
ad nos. & triginta annorum præscriptione
amittitur. Inf. de privil. c. 6. II. Personales ei pa-
 recia debentur, in qua quis Sacramenta per-
 cipit, quamvis alibi lucrum factum sit. *cap. ad*
Apostolica 20. vers. noveris. prædiales vero ei
 debentur Ecclesię, in cujus territorio ipsa præ-
 dia sita sunt, nisi aliud consuetudine sit intro-
 ductum. *c. cum sint homines 18. d. c. ad Aposto-*

lica in fin. & Sup. t. prox. c. ult. III. Perfor
 les debentur deductis impensis: prædiales
 tem præstantur sine deductione impensarum
 c. pastorale. 28. ut & sine deductione
 suum, ac tributorum. c. cum non sit. 33. Hæc
 5 cta sint de decimis. §. Primitiæ sunt partem
 fructuum obventiones Domino offeruntur
 ut cautum est Exod. 22. quæ debentur Ecclesie
 siæ parœciali, ut & decimæ, & oblationes
 6 q. 1. c. doctos. 21. & c. moderamine. 23. §. Titant
 mitiarum autem nomine ad summum duntaxat
 pars quadragesima, ad minimum sexagesima
 inter has duas portiones plus aut minus tracta
 tur, quantum requirit consuetudo, vel quæ
 7 tum libet ei qui solvit. c. 1. §. Oblatio, de quibus
 est tertia pars hujus tituli, est voluntaria
 spontanea præstatio, quam Christiani sacrosanctis
 dotibus pro peccatis suis offerunt, 10. q. 1. c. 1.
 quia sacerdotes. 13. Hucusque de clericis &
 ularibus: deinceps dicendum de regularibus.
 bus.

XXXI. De regularibus, & transuentibus
 ad religionem.

Regulares dicuntur, qui certæ regulæ
 religiosi & sub prælati imperio vivunt
 ve in clericatu, sive in laicatu sunt adscripti
 hi si canonici sunt, canonici regulares vocan
 tur; sin minus, monachi appellantur. De
 lis agendum proponitur in priori rubricæ
 parte, quæ est de regularibus: de his in post
 riori

ori parte, quæ est de *transseuntibus ad religionem*. Dicuntur enim ad religionem transire, qui monachi fiunt: quandoquidem necesse est, ut qui monachus fit, unam ex probatis religionibus assumat. *Inf. de relig. doct. c. fin. & lib. 6. de voto. c. un. vers. presentis.* Præcipuæ autem religiones a sede Apostolica probatæ sunt quatuor, Basilii, Benedicti, Augustini, & Francisci, sub quibus militant omnes proprie religiosi, exceptis Carmensibus, qui suis statutis utuntur. *Angel. de Clavas. in verb. religiosus. in pr. §.* In hoc tractatu de regularibus & monachis dissoluntur tres quæstiones. Prima quæstio est, quibus modis fiant regulares vel monachi. Sunt autem vel paterna devotione, vel propria professione. *20. q. 1. c. monachum. 3. A parte religioni oblatis impuberes, anno decimo quinto monentur a prælato, inquirentes, utrum in religione permanere, an abire velint: tunc enim possunt licite a religione recedere; at si se permanuros profiteantur, postea pœnitere non possunt. d. c. illud. 10.* Propria autem professio ligat monachum, sive expresse facta sit, sive tacite, ita ut ex sufficientibus conjecturis colligatur, puta ex de- latione habitus monachalis post annum probationis. *c. ex parte 22. & c. seq. & Inf. lib. 6. c. 1. §. 1. & c. 2. & de vo. & voti. redempti. c. un. vers. aut per professionem.*

XXXII. De conversione conjugatorum

Religionis professio, de qua proximo loco dictum fuit, etiam a persona conjugata fieri potest. Sed hic notetur distinctio: enim hoc contingit ante matrimonium summatum & carnis commixtionem post. Priori casu etiam altero invito, monasterium eligere potest: remanens in seculo non prohibetur ad secundum transire. c. 2. Posteriori casu opus est, uterque conjugum monasterio se dedice: uno monasterium eligente, alter nulla conversationis suspicione vel infamia notus continentiam ultro promittat. *can. 5. & c. rat. 8.* utroque casu dicuntur conjugati converti; quoniam a vita seculari ad religionem convertuntur.

XXXIII. De conversione infidelium.

Alia est conversio infidelium, qui a infidelitate ad fidem Christianam convertuntur.

XXXIV. De voto, & voti redemptione.

- 1** Secunda quaestio est, quomodo obligatur quis ad religionis habitum assumendum.
- 2** Obligatur voti emissionem. §. Votum est ad cuius rei faciendam vel non faciendam Deo facta pollicitatio. §. Dividitur autem in necessarium, & voluntarium. Necessarium votum

itur, quod fit in baptismo, dum is, qui ba-
 zatur, Satanæ & ejus operibus renunciat,
 se fidelem fore, & divina præcepta servatu-
 m promittit. *Inf. q. 1. c. Spirit. Sanctus. 39.*
De consecr. dist. 4. c. prima. 72. Vo-
 untarium votum est, quod quis sponte sua &
 libera voluntate facit, se ad id adstringens,
 quod ante votum non tenebatur: ut ad
 continentium, vel abstinentium, vel peregri-
 andum. *17. q. 1. c. 1. & 2. & 32. q. 8. c. non solum.*
 Hoc subdividitur in simplex, quod solemni-
 tate vacat, & solemne, quod per susceptionem
 sacri ordinis, vel per expressam aut tacitam
 probatæ religionis professionem est solemni-
 tum. *Inf. qui cler. vel voven. c. 3. & lib. 6. h.*
ar. un. §. Hæc vota voluntaria dicuntur
 ratione initii habita, quia nemo vovere co-
 gitur: sed semel facta obligant jure divino.
Num. c. 30. & Deut. c. 13. & Psal. 75. & jure
canonico. ca. 7. vers. sane. & jure civili D. d.
pollic. lib. 2. §. Ergo necesse est hæc vota im-
 plere, exceptis certis casibus. I. Si vovens non
 habeat liberam voluntatem vovendi, ut si im-
 pubes voveat sine consensu parentis, vel tuto-
 ris. *20. q. 2. c. 1. & 2.* II. Si sit votum turpe, ac
 rei illicitæ. *16. q. 4. c. in malis. 5.* III. Si quis
 simpliciter dixerit se velle fieri monachum,
 nec ad aliquem ulteriorem actum processit.
1. 3. & 17. q. 1. in fin. & q. 2. c. 1. IV. Si condi-
 tio, sub qua quis vovit, non sit impleta. *32. q. 8.*

c. non

c. non solum in fin. V. Si ex iusta causa, superioris auctoritate interveniente votum redemptum, vel mutatum. *c. 1. 2. 7. c. 8. c. 9.* vel dilatum. *c. 5. c. quod super 8.* solutæ sunt quæstiones duæ de regularibus monachis, videlicet quibus modis fieri, quibus modis obligentur ad regulam piendam.

XXXV. De statu monachorum, & regularium.

- 1 **T**ertia quæstio est, quis sit status eorum qui jam monachi vel regulares facti sunt.
- 2 **S.** Sciendum est, ea, quæ ad statum pertinentem duplicem distinctionem recipere. I. Quædam sunt necessario observanda, ita ut quidem Papa adversus ea dispensare non potest, atque hæc sunt tria, quæ vocantur substantialia, nempe propriæ voluntatis renuntiatio, proprietatis abdicatio, & castitatis observatio: alia sunt, in quibus dispensatio absumitur, ut propriæ regulæ observatio in vestimentis, cibo sumendo, & cæteris ad regulam pertinentibus. *c. 6.* II. Alia sunt communitivum: canonicis regularibus & monachis, ut ea, quæ substantialem vocari dixi: alia sunt monachorum propria, quia regulares canonici non vivunt regulæ laxiori, ideoque facilius ad regimen Ecclesiæ assumuntur. *cap. 5.* S. Ut autem status conservetur, id est, ut regula observetur, jure cautum est, ut in singulis regimine

provinciis convocetur commune capitulum, quo eligantur visitatores, qui singulas abbatias ejus regni sive provinciae, non solum monachorum, sed etiam monialium visitent; ea, quae reformatione seu correctione indigent, reforment & corrigant. c. 7. & 8.

XXXVI. De religiosis domibus, ut Episcopo sint subjecta.

Inter caetera ad statum monachi pertinet, ut in monasterio seu clauastro degat. 16. q. 1. placuit communi 8. c. juxta II. quod est speciem religiosae domus: religiosae enim domus dicuntur, quaecunque religionis vel pietatis causa constructae sunt, ut Monasteria, Orphanotrophia, Xenodochia, &c. quae omnes subjectae sunt Episcopo, sicut hoc titulo de-claratur.

XXXVII. De capellis monachorum, & aliorum religiosorum.

Episcopo subjectae sunt etiam capellae monachorum, & aliorum religiosorum: nam haec quoque sunt loca religiosa. Nota, in Ecclesiis, ubi monachi habitant, populum non regi a monacho, sed a Capellano, quem Episcopus cum consilio monachorum eligit. c. 1. De regularibus & monachis haecenus.

XXXIIX. De jure Patronatus.

Quae deinceps explicabantur, tam clericis seculis

secularibus quam regularibus; quædam
 monachis communia sunt. Hac autem
 summa sunt tria. I. Jus patronatus.
 II. Jus presentandi. III. Absentio a negotiis secularibus.
 2 §. Jus patronatus in presentia vocatur
 aliquis sive clericus sive laicus habet in
 terra, quam ædificavit, vel dotavit, vel
 vit. *can. nobis fuit. 25. & 16. q. 7. c. pater*
26. & ibi gloss. & c. filiis 31. & 18. q. 2.
 3 §. Hujus juris quinque sunt partes.
 I. Patronus habet jus presentandi institutum
 ad beneficium vacans. Nota primo, quod
 laicum posse presentare intra quatuor
 menses, Ecclesiasticum intra sex menses,
 a laico acquisiverit jus patronatus. *Inf. de*
c. un. §. verum. Nota secundo, quod
 Ecclesiasticum, qui semel aliquem presentavit,
 non posse variare: laicum vero potest.
c. pastoralis. 29. Nota tertio, quod
 patronus potest ipsum presentare, licet sit clericus.
per nostras. 26. Nota quarto, si plures
 patroni, & alii alium presentent, eum presentantem
 qui majoribus juvatur meritis, & presentatio
 approbatur assensu. *cap. 3.* nisi ita presentetur,
 ut Episcopus unum ex eis eligat. *Clem. 1.*
 Si autem hoc sine scandalo fieri nequeat,
 Episcopus ordinabit Ecclesiam. *d. cap. 3. q. 1.*
 admodum ordinare debet, patrono presentante
 tempus statutum neminem presentantem.
vero. 12. aut si quæstio de jure patronatus

quodam
 Hac au
 onatus.
 iis lectu
 a vocato
 habet in
 avit, vel
 7. c. p
 18. q. 2
 artes.
 i institut
 primo,
 intra co
 ex men
 tus. Inf
 do, patro
 quem pat
 in vero
 patronu
 clericu
 plures
 eum pat
 s, & p
 ita p
 eligat. C
 fieri neq
 d. cap. 3
 patrono
 esentant
 patronat

alios orta intra prædict. tempus non defi-
 ta c. 3. in fi. & cap. cum propter. 27. Nota quin-
 jus patronatus transire ad heredes. d. c. 3.
 si plures sint heredes unius patroni, eos in
 representatione haberi pro uno. d. Clement. 2.
 Nota sexto, patronum non posse alienare jus
 patronatus sine consensu Episcopi. cap. præ-
 terea. 23. nisi id conferat in Ecclesiam, aut
 alium locum religiosum. d. cap. un. in princip.
 Secundo patronatus potest ac debet Ecclesiæ 4
 sollicitudinem gerere: & si rector aliquid ex
 Ecclesiæ collatis defraudet, eum honesta
 conventionione compescere, aut Episcopo vel
 iudici competenti denunciare. xvj. q. 7. c. filiis.
 & c. seq. §. Tertio honor processionis, 5
 est, primus locus patrono tribuitur. c. no-
 bis fuit. 25. in fin. §. Quarto, si patronus vel 6
 eius liberi ad inopiam redigantur, competens
 subsidium ab Ecclesia accipiat. d. cap. no-
 bis fuit. in fin. & d. q. 7. cap. quicumque fide-
 lium. 30.

XXXIX. De censibus, exactionibus, &
 procurationibus.

Quinto foundationis tempore potest Patro- 1
 nus censum aliquem cum Episcopi con-
 sensu sibi reservare, non aliud extra ordinem
 exigere. Sup. tit. prox. cap. præterea quoniam.
 & xvj. q. 7. cap. filiis. 31. §. Tria hæc af- 2
 fiantia & cognata sunt: census, exactio, procu-
 ratio.

ratio. Census est annua pensio. *Inf.* De
 4. *in fin.* quæ in argumentum subiectis
 præstatur *cap. 2.* Ejus species est cathedra
 cum, seu synodaticum, de quo dixi supra
 actio hoc loco vocatur gravamen, quo
 tra ordinem imponitur: de quo in *ca.*
novamus. 10. & c. ea quæ 12. Procurator
 exhibitio, quæ fit vel ratione visitationis
 est visitatoribus Ecclesiarum. *cap. 6. c. 1.*
 12. vel ratione conventionis. *c. quando*
 ratione consuetudinis. *c. sopite. 14. &*
q. 2. cap. ult. Nota hæc gravamina debent
 se moderata pro facultatibus Ecclesiarum
 rum. *cap. ea quæ. & d. c. sopite.* Dicitur
 de jure Patronatus, & de his, quæ cum eo
 nexionem quandam habent.

XL. De consecratione Ecclesie.

- 1 C Onsequenter dicendum de Ecclesiis
 rum tria attributa declarabuntur, videlicet
 consecratio, constructio, & immunitas.
- 2 S. Ecclesia hoc loco non significat ecclesiam
 delium, sed sacras ædes, seu domum
 catam ad Sacramenta & divina officia
 branda, quæ etiam templum appellatur.
consecrat. dist. 1. in pr. Nam post consecra-
 tionem, quæ etiam dedicatio dicitur, Ecclesia
 appellatur: ante consecrationem vero
 Ecclesia, sed basilica nominatur. *Sup. de*
lig. dom. c. 1. & ibi glos. & de consecr. dist. 1. c. 1.

De Ecclesia tria deinceps tractabuntur. I. 3
 consecratio. II. Ædificatio, vel instauratio.
 III. Immunitas. §. Consecratio est actus so- 4
 cietatis, quo aliquid Deo dicatur. §. Consecr- 5
 antur autem vel personæ, ut episcopi, &
 alii divinis ministeriis mancipati. *Sup. de Sac.*
un. in pr. & dist. 75. & Sacræ Virgines, xxvij.
q. 1. c. si quis sacro 17. vel res, ut Ecclesiæ, alta-
ria, & vasa. de consecr. dist. 1. per totam. Ergo
 agitur de consecratione Ecclesiæ, & alta- 6
 riarum in Ecclesia positi. §. Nota primo, Eccle- 6
 siam non esse consecrandam, nisi de dote ei
 prospectum sit, *c. cum sicut. 8.* §. Nota se- 7
 cundo, non consecrari altaria, nisi lapidea. *de*
consecr. dist. 1. c. altaria si non fuerint. 29. §. 8
 Nota tertio, consecrationem fieri per Episco-
 pam, *c. 2. & 3. & dist. 25. c. 1. vers. ad Episco-*
rum. & de consecrat. dist. 1. c. nemo Ecclesiam.
cap. nullus presbyter missas. 13. non per in-
feriorem. dist. 68. c. quamvis. 4. & de consecr.
dist. 1. cap. nullus presbyter in Ecclesia. 23.
 ne quidem delegante Episcopo; quoniam ea,
 quæ sunt ordinis, ut consecratio, alteri man-
 dari non possunt. *c. pen. & vij. q. 1. c. pontifi-*
ces. §. Nota quarto, consecrationem nec 9
 sine sanctorum reliquiis fieri. *de consecr. dist.*
1. c. placuit ut altaria. 24. & canon. non oportet.
27. nec sine missa. d. dist. 1. c. 1. Utrum-
 que requiritur etiam in consecratione iteran-
 da. *c. de fabrica. 22. videlicet cum iteranda est:*

nam regulariter iterari non debet: sed in
 dum iteratur, ut cum Ecclesia destructa
 stauratur, ut in *d. c. de fabrica*, & cum
 ta fuit, puta homicidio, vel adulterio
 perpetrato. *ea. dist. c. si motum*. 17. &

10 §. Nota quinto, hanc consecrationem
 solum Dominicis, sed etiam privatis
 fieri posse. *cap. 2.* Quo autem tempo
 rici consecrantur, dictum fuit *Sup. de ter
 ordini*. Nam in praesentia tantum ager

11 fuit de consecratione Ecclesiae, & altaris.
 Nota sexto, altaria non solum Unctio
 chrismatis, sed etiam sacerdotis benedictione
 consecrari. *de consecr. dist. 1. c. altaria
 cuit*. 30.

XLI. De celebratione Missarum, & Sacramenti
 Eucharistiae, & de divinis officiis.

1 Nota septimo, multos esse dictae con
 crationis effectus. Primus effectus
 quod in ecclesia consecrata, & super
 consecrato celebrantur missae. *de consecr.
 hist. 1.* Idcirco missa dicitur sacrificium Ec
 clesiæ, & sacrificium altaris. *Sup. de summo
 2 cap. 1. §. in qua.* §. Missa autem dicitur
 a mittendo: quia Deus ad nos mittit hostiam
 huius sacrificii, quam nos ad ipsum
 per sacerdotem in sacrificio remittimus.
 quia finito missæ sacrificio populus
 sive dimittitur, ita ut subaudiatur congregatio

aut concio missa sive dimissa: vel a Græco
 verbo *μυστήριον*: vel a Hebraico vocabulo *mis-*
si. *Iob. Durand. l. 2. de ritib. Ecclesiast. c. 1.*
Franc. Suarez. tom. 3. disput. 74. sect. 3. §. Et
 est mysterium seu sacrificium, quod fit in con-
 secratione, oblatione, & communionem cor-
 poris & sanguinis Christi, sub speciebus panis
 & vini, ac repræsentatione passionis ejusdem,
 ad salutem fidelium & remissionem peccato-
 rum. *Ioc. Viguierius de Sacrament. Eucharis-*
tiæ. ver. II. §. Nota primo, Missam non
 posse celebrari, nisi a sacerdote rite ordinato.
Cap. de sum. Trin. c. 1. §. in qua. & de consecr.
dist. 1. c. sicut 9. & jejuno. vij. q. 1. cap. nihil.
dist. 1. c. sicut 9. & jejuno. vij. q. 1. cap. nihil.
dist. 1. c. sicut 9. & jejuno. vij. q. 1. cap. nihil.
 §. Nota secundo, non posse
 celebrari, nisi in locis ab Episcopo consecra-
 tis, vel ubi ipse permiserit. *d. dist. 1. cap. mis-*
sarum. io. ubi vero non est Ecclesia, in ca-
pellis cum tabula consecrata missas celebrare
conceditur, & iter facientibus si Ecclesia de-
est, sub dio, vel in tentoriis, si tabula altaris
consecrata, cæteraque sacra ministeria ad id
officium pertinentia ibi adfuerint, missarum
celebratio permittitur. d. dist. c. concedimus.
 §. Nota tertio, huic Sacramento accedere
 multas solemnitates, quarum nonnullæ con-
 secrationem & oblationem præcedunt, ali-
 quæ sequuntur: quæ tamen omnes appella-
 tione missæ comprehendi possunt. *V. guer.*
disto loco. Nota quarto, hoc esse sacrificium

- incruendum. Hæc de missa pro ratione
 6 stri instituti annotasse sufficiat. §. Secundus
 effectus dictæ consecrationis est, quod in
 clesia consecrata præbetur fidelibus firmum
 jejunis *d. consecr. dist. 2. c. liquido. 54.* Sacra-
 mentum Eucharistiæ, de quo dixi. *Sup. de Sacram. non iteran. §. 3. vers. Euchar.*
 7 §. Tertius effectus est celebratio divini
 officiorum: de quibus pauca notanda. Pri-
 mo, omnes clericos debere divina
 celebrare horis canonicis, quæ sunt
 prima, nam matutini, Primæ, Secundæ, Tertie,
 Nonæ, Vesperi, Completorii tempore
 divini cultus officia persolvuntur. *dist. 90. c. si
 presbyter.* Si quis autem divinis officiis
 interfuerit, ab Episcopo objurgabitur. *d. de
 sanct. 91. cap. 1. & ejus arbitrio Ecclesiasticum
 sentiet disciplinam. ea dist. c. ult. & si clerici
 solemnibus abfuerit, a communione
 8 detur. 7. q. 1. cap. si quis in clero. 30. §. Non
 secundo, festivitates celebrari a Vesperi
 9 Vesperam. *Sup. de ser. cap. 1. §. 2.* §. Tertio,
 non tantum voce canendum esse, sed
 etiam corde: quia melior est quinque
 Psalmodiarum decantatio cum cordis puritate ac
 serenitate ac spirituali hilaritate, quam totius
 Psalterii modulatio cum anxietate cordis
 etque tristitia. *de consecrat. dist. 1. c. non meli-
 criter. 24.**

XLII. De baptismo & ejus effectu.

Quartus effectus est celebratio baptismi, de quo dixi *Sup. ad tit. de Sacram. non iteran. §. 3. versic. baptismus.* Hujus Sacramenti duo effectus notentur. Primus est, quod baptizato, licet infans sit, remittitur peccatum originale. *c. 3.*

XLIII. De presbytero non baptizato.

Alter est, ut baptizatus possit ordinari: quia non baptizatus non est sacrorum ordinum capax. *c. 1. & 3.*

XLIV. De custodia Eucharistiae, chrismatis, & aliorum Sacramentorum.

Quintus consecratae Ecclesiae effectus est; ut in ea Sacramenta, veluti Eucharistia & chrisma custodiantur, ut cum opus fuerit, in promptu sint.

XLV. De reliquiis & veneratione sanctorum.

Sextus effectus est, ut in Ecclesia reponantur reliquiae, sine quibus altaria non consecrantur. *de consecrat. dist. 1. c. placuit. 24.* Atque his veneratio exhibetur, ita demum si aut sint antiquae, aut Romani Pontificis auctoritate approbatae. *c. 1. §. Septimus effectus est veneratio, quae in Ecclesia sanctis exhibe-*

hibetur. Nota primo, idem de his fratribus
 quod de reliquis, ut nemo sine auctoritate
 Romani Pontificis quasi sanctus colatur
 veneretur. *c. 1.* Qui vero a Papa in numero
 sanctorum referuntur, canonizati dicuntur.
 Nam canonizare sanctos, est canonicè
 singulariter statuere, ut aliquis sanctus hono-
 retur pro sancto, puta solemne officium
 eo fiat, sicut fit pro aliis sanctis, qui sunt
 eadem conditionis, ut, si canonizetur con-
 fessor, fiat pro eo officium confessorum; si
 tyr, fiat pro eo officium martyrum: & sic
 pro aliis. *Innoc. in c. 1. num. 1.* §. Nota secundo
 hanc canonizationem fieri ob vitæ sancti-
 tatem, & miracula secundum *Innoc. ibid.*
 Sed *Hostiens. num. 3.* non tantum de virtutibus
 moribus & miraculis a canonizando factis
 quiri vult, sed etiam ad persecutionem re-
 gionis ergo fit passus.

XLVI. De observatione jejuniorum.

NOta tertio, duplicem sanctorum ven-
 tionem. Nam eorum festiuitates cele-
 brantur, & in eorum festiuitatum vigiliis
 ieiunatur. §. Jejunium est parsimonia
 & abstinentia ciborum, ut *Innoc. de sum. m.*
31. n. 1. §. Est autem multiplex jejunium. Pri-
 mum est jejunium secundum generalem or-
 dinationem Ecclesiæ ubique & ab omnibus
 obli-

observandum, iis personis exceptis, cum qui-
 bus ex iusta causa dispensatur, puta ob impu-
 berem vel senilem aetatem, aut morbum: ut
 jejunium quatuor temporum. *dist. 76. c. 2. &*
de consecrat. dist. 5. c. quadragesima 16. & c.
19. Secundum est jejunium, quod non ge-
 neraliter indicitur, sed certis locis, & in cer-
 tis Ecclesiis, ita ut quilibet consuetudinem
 illius Ecclesiae servare debeat: ut in vigilia D.
 Bartholomaei Apostoli. *c. 2. §. de festivitate.*
 Tertium est jejunium votivum, cum quis je-
 junare tenetur, non propter Ecclesiae prace-
 ptum, sed ob suum votum. *c. ult.* quia vota
 sunt Deo reddenda. *xvij. q. 1. c. 1.* Quartum
 est jejunium poenitentium, quod confessis
 imponitur a canone, vel a sacerdote. *dist. 82.*
c. ult. Quintum est jejunium voluntarium,
 cum quis sponte sua jejunat, quo aptiorem se
 ad opera spiritalia reddat. *d. c. ult. §. Rur-*
sus jejunamus multis modis. Primus modus
 est, cum semel tantum in die cibus sumitur;
 tempus autem, quo sumi debet, non est in ju-
 re praescriptum, nisi in quadragesima, & qua-
 tuor temporibus: tunc enim omisso prandio,
 tantum cenare vesperi licet. *de consec. dist. 1.*
c. solent. 48. Secundus modus est, cum a ci-
 bis lautioribus abstinetur. *de consec. dist. 5. c.*
neophyti. 12. vel a cibis multum nutrimenti
 afferentibus, ut ab esu carnum. *dist. 4. c. ult.*
 Tertius modus improprie dictus est, cum so-
 brie

bre vivitur, quod jejunium semper est ob-
vandum. *de consecr. dist. 5. c. non dico. 18.*
duob. sequentib. Quartus modus ma-
improprie dictus est, cum ab iniquitatibus
& ab illicitis voluptatibus abstinetur. *de*
5. c. jejunium. 25.

XLVII. De purificatione post partum.

Ocravus effectus olim erat, ut mulieres
post partum ante purificationis tempus
in Ecclesiam secundum legem Mosaicam
admitterentur: sed hodie statim post par-
tum admittuntur. *c. un.* De primo Ec-
clesiarum attributo, id est, de consecratione,
ejus effectibus hactenus.

*XLIIII. De Ecclesiis ædificandis, vel
reparandis.*

Secundum Ecclesiarum attributum est
structio, quæ quidem duplex est: aut
novæ Ecclesiæ ædificantur, aut veteres
ipsæ, vel collapsuræ instaurantur seu repa-
rantur. Novæ ecclesiæ ædificantur ex justa
qua causa, ut quia Ecclesia nimis est remota
c. 3. Reparantur, cum vetustate, vel alia
causa collabuntur, seu ruinam minantur.
cap. 1.

*XLIX. De immunitate Ecclesiarum, communium
& rerum ad eas pertinentium.*

Tertium Ecclesiarum attributum est
immunitas, quæ producitur etiam ad res

eteria, & ad res Ecclesiæ. §. Immunitas est 2
privilegium, quo quis a necessitate munera
præstandi & onera subeundi eximitur: ut a
tributis, aliisque exactionibus præstandis.
Tot igitur sunt immunitatum genera, quot 3
sunt onera sive munera, a quibus obeundis li-
beratio præstatur. §. Rursus alia est immu- 4
nitas personalis, quæ tribuitur personæ, ut
clericis: alia realis, quæ tribuitur rei, ut Ec-
clesiæ, cœmeterio, & rebus Ecclesiæ: de qua
immunitate hic agitur. Realis appellatione
etiam eam complector, quam alii localem
vocant, veluti ne reus ex Ecclesia extrahatur.
c. q. 4. c. reum ad Ecclesiam. Satis dictum
est de Ecclesiis.

*L. Ne clerici vel monachi secularibus
negotiiis se immisceant.*

EXtribus, quæ initio tituli 38. proposui-
mus, duo sunt absoluta, quæ tam ad cle-
ricos quam ad monachos referuntur: suffi-
cienter enim pro ratione nostri instituti egi-
mus de jure Patronatus, & de Ecclesiis: tertiu-
m est, ut tam clerici quam monachi a secu-
laribus negotiis abstineant: sive hæc laicis
sint permissa, ut mercatura, conductio, pro-
curatio, venatio: sive prohibita, ut alea
& falsorum ponderum, vel falsarum
mensurarum usus, c. 1.



LIBER IV.

TITULUS I.

De sponsalibus & matrimoniis.

Proximus liber clericis & monachis
 catus fuit: hoc autem libro agitur
 sponsalibus, & matrimoniis, quae
 laicorum propria. §. Sponsalia sunt
 rarum nuptiarum promissio. 30. q. 5. c. 1.
frates. 3. & D. de spons. l. 1. Quae
 tio si vera est, omnia sponsalia in futuro
 tempus conferuntur. Quod autem
 dicitur, alia esse sponsalia per verba de
 presenti, alia per verba de futuro, sic
 debet, ut ea, quae per verba in praesens
 ta sunt, matrimonium constituent, &
 proprie ac barbarea sponsalia vocentur,
 notavi ad rubricam. *D. de sponsalib. §. 1.*
 trimonium, quod nuptiarum vocabulo
 ficatur, est viri & mulieris conjunctio,
 viduam vitae consuetudinem continens.
 4 q. 2. in pr. & *D. de ri. nupt. l. 1. §.* Utrumque
 vocabulum a muliere deducitur, non a viro.
 Nuptiae namque dicuntur: quia puellae caput
 suum obnubebant, id est, tegebant pudicitiam
 causa. 30. q. 5. c. nec. ill. 8. Rursus dicitur ma-
 trimo-

monium, non patrimonium : propterea
 quod in liberorum procreatione atque edu-
 catione plus videtur mater præstare, quam
 pater : cum filius matri si ante partum oner-
 osus, in partu dolorosus, post partum la-
 boriosus. *Sup. de convers. infidel. cap. 2. vers.*
quod illa. §. Matrimonii divisiones tres
 continentur. I. Vel est initiatum, vel perfectum,
 ratum & ratum dicitur. Initiatur consensu :
 perficitur copula carnali. *d. q. 2. c. statutum.*
 §. *apparet. & cann. seqq.* II. Aliud est
 legitimum, non ratum ; quod inter infideles
 contrahitur, moribus aut legibus comproba-
 tum : aliud ratum, non legitimum, quod
 inter fideles solo affectu sine legitimis solen-
 nitatibus contrahitur : aliud legitimum & ra-
 tum, quod fideles servatis servandis contra-
 hunt. *28. q. 1. c. ult. §. item illud.* III. Aut sunt
 primæ, aut secundæ nuptiæ. *Inf. de sec. nupt.*
 Secundarum appellatione intellige etiam ter-
 tias, & quartas, & ulteriores, ut docui ad *tit.*
de sec. nupt. §. Matrimonium a Deo in-
 ducitum est procreandorum liberorum, &
 propagandi humani generis causa. *31. q. 1. c.*
32. q. 2. in pr. §. De sponsalibus & 7
 matrimoniis duæ quæstiones practicæ in De-
 cretalibus dissolvuntur. I. An valeant. II. Si
 valeant, qui sint eorum effectus. §. Quod 8
 ad priorem quæstionem attinet, ut matri-
 monium valeat, abesse oportet omnia ma-
 trimo-

ina valet, si aut probetur. c. 1. aut per eos
clam contraxerunt, publicetur c. 2.

IV. De sponsa duorum.

Tertium vitium est, si una duobus, aut
duæ uni desponsentur. Prior autem de-
sponsatio posteriori prævalet: nisi prior facta
per verba de futuro, nec sit per carnalem
copulam confirmata: Posterior autem facta
per verba de præsentibus. c. 1. 2. 3. & ult. &
de spon. & matrim. c. veniens. 15. c. sicut.
& c. pen.

V. De conditionibus apposis in desponsa-
tione, vel in aliis contractibus.

Quartum vitium est, si conditio despon-
sationi adjecta defecerit: tunc enim de-
sponsatio non tenet. c. 3. & 5. nisi aut sit talis
conditio, quæ pro non adjecta habeatur, id-
circo non vitiet contractum, sed vitietur.
& ult. aut sequenti consensu de præsentibus,
carnis de commixtione intelligantur contra-
dictories a conditione recessisse. d. c. 3. & c. pen.

Nota primo, eandem esse rationem alio-
rum contractuum. c. 2. & 4. §. Nota secun-
do, conditiones, quæ contra substantiam ma-
trimonii apponuntur, non haberi pro non
adjectis, sed vitiare contractum, veluti, Con-
traho tecum, si generationem prolis evites:
vel, si pro quæstu te tradas adulterandam.
& ult.

VI.

VI. *Qui clerici vel uoventes matrimonium contrahere non possunt.*

Qvintum vitium est, si clericus, aut qui castitatem vovit, matrimonium trahet. In utroque tamen adhibetur exceptio. Nam clericis, qui sunt in maioribus ordinibus constituti, continentia imperatur, & matrimonium interdicitur: qui vero sunt in minoribus ordinibus positi, recte matrimonium contrahunt. *dist. 27. & 32.* sic tamen, ut non solum in maiores ordines adspirare nequeant, sed si quæ beneficia obtineant, iis priventur. *de cleric. conjug. c. 1. 3. & pen.* Item solemnis emissio impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit contractum: votum autem simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum: tamen, qui matrimonium contrahunt, si fecerint, votum simplex irritum, poenitentia imponitur. *c. 3. & sequentibus.*

VI. *De eo qui duxit in matrimonium, qui polluit per adulterium.*

Sextum vitium est, si quis eam uxorem accipiat, cum qua adulterium commiserit. Hoc casu matrimonium jure civili irritum non valet. *D. de reb. dub. l. Claudius. Nov. 134. cap. 12.* sed jure Pontificio

oniam inter has personas tenet, si modo
contra vitam primæ uxoris machina-
sit, nec prima uxore superstita fidem de
matrimonio contrahendo sibi invicem dede-
rat; quod si horum alterum intervenerit,
matrimonium non valet. *c. 3. & 6.* Quid si
quis vivente legitima uxore aliam duxerit, vel
ante ea sponsalia contraxerit? Aut hæc scie-
bat illum habere uxorem, aut ignorabat: &
ante prima uxore aut ab ejus viro cum quo
contraxit, carnaliter cognita est, aut non.
Si aut fuit ab eo cognita, aut sciebat eum ha-
bere uxorem, matrimonium omnino rescin-
ditur, & ne mortua quidem prima uxore to-
ratur. *c. 4. 5. & ult.* Si vero ignorabat eum
habere uxorem, & cum eo carnaliter se non
conscivit, matrimonium post primæ uxoris
obitum contrahi potest, & antea contractum
non dirimitur. *d. c. ult.* nec fit tori separatio
sine petitionem viri, nisi mulier divortium pe-
tat. *c. 1.*

IIX. De conjugio leproforum.

Septimum vitium est, si leprosi contrahant.
Hic distinctionis gratia notentur sequen-
tes regulæ. I. Leprosi possunt contrahere
sponsalia, & matrimonium. *c. 7.* II. Spon-
salia de futuro, ob supervenientem in alteru-
tro lepram dirimi possunt, nisi carnalis co-
pula secuta sit. *c. ult.* III. Sponsalia de præ-
senti,

fenti, ob supervenientem lepram non potest dirimi, licet copula non sit secuta. *Hic & gloss. in cap. quemadmodum. 25. m. teneatur. Sup. de jurejur.* IV. Tantum est, ut matrimonium lepra superveniente dissolvatur, ut conjux sanus leprosa, & vice versa, si prosa sano matrimoniale debitum retineatur. *c. 2. ad quod si induci non potest; si utrique injungitur, ut altero vivente nuptiarum nuntiam servet. c. 1.*

IX. De conjugio servorum.

Octavum vitium est conditio servilis. *Re civili servi non contrahunt matrimonium, sed contubernium. C. de incestu. l. 3. & ad leg. Jul. de adulter. l. serv. 23. contubernales vocantur. D. de leg. 3. l. 41. §. codicill. & §. concubinae.* Jure Canonico etiam invitis dominis servitium contrahere possunt. *c. 1. Verum, quis ancillam, quam liberam putat, inducat: aut si quæ nubat servo, quem libero habet: matrimonium ob erroris conditione personæ non tenet. c. 2. §. 29. q. 2.* Non est tamen error in conditione personæ, nec est matrimonium inutile, si dicatur natus ex matre ancilla & patre libero, dummodo secundum leges & consuetudinem loci partus sequatur patrem. *c. 3.*

X. De natis ex libero ventre.

Am etsi regulariter partus sequitur ventrem. *C. de rei vindic. l. partum.* adeo is demum liber dicendus sit, qui ex ventre libero nascitur. *D. de stat. homin. l. 5. §. ingentium.* tamen hæc regula perpetuo non obtinet; sed ab ea excipitur dictus casus, id est, cum jure provinciæ specialiter cautum est, ut liberi conditionem patris sequantur. *D. eod. §. lex natura. 24.*

XI. De cognatione spirituali.

Nonum vitium est, si inter cognatos nuptiæ contrahantur in gradu prohibito. Est autem cognatio triplex: spiritualis, legalis, & carnalis. §. Spiritualis cognatio est personarum propinquitas, seu conjunctio ex catechismo. *Inf. lib. 6. c. 2. vel ex Baptismo, vel ex Confirmatione proveniens. Inf. eod. c. 1.* Quæ quidem dividitur in compaternitatem, paternitatem, & fraternitatem. Compaternitas est inter patrem spiritualem & patrem carnalem: ut inter Baptizantem vel suscipientem, & patrem Baptizati seu suscepti. Pater autem spiritualis appellatur patrinus: quod nomen non solum suscipienti, sed etiam Baptizanti convenit. *30. q. 1. c. omnes. 8. Hostiens. hic num. 2.* Paternitas contrahitur inter Baptizantem & Baptizatum, nec non inter suscipientem & susceptum. Fraternitas contrahitur

h

trahi-

trahitur inter filios Baptizantis vel sollicitis, & filios Baptizati seu suscepti. Per hunc contractum oritur tantum paternitas, non maternitas, nec fraternitas. Atque hanc conjunctionem impedit matrimonium contrahendum, non dirimit contractum: reliquas etiam contractum dissolvunt: per alia instrumenta nulla inducitur spiritualis cognatio quæ matrimonium vel impediatur, vel dirimitur. *Inf. lib. 6. c. 1. & sequentibus. & 30. q. 1. & 33. q. 2. c. si quis cum matr. c. 17.*

¶ *5 & 33. q. 2. c. si quis cum matr. c. 17.* Primo, unum virum, vel unam mulierem habere suscipere infantem de Baptismo: nec minus plures suscipiant, ut in quibusdam locis fieri solet, inter omnes contractus incompatibilis, matrimonium impedit. Eademque ratio est confirmationis. *Inf. lib. 6. c. 1. & de consecr. dist. 4. c. non plur.* Nota secundo, non posse sumi eundem in Catechismo, Baptismo, & Confirmatione, nisi necessitas cogat. *d. dist. 4. Catechismo. 99.*

XII. De cognatione legali.

Cum dictum sit de cognatione spirituali, consequenter agitur de legali, quæ per adoptionem contrahitur. Hæc quoque impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, si vel adhuc duret, vel per alios transversales. *c. un. & 30. q. 3. c. per adoptionem. 6. & D. de ritu nupt. l. per adoptionem.*

17. l. quin etiam. 55. §. 1. & Inst. de nupt. inter eas. vel inter adscendentes & descendentes spectetur: ut puta si quis filiam adoptaverit, eam uxorem ducere non potest. d. l. quin etiam in pr. & Inst. de nupt. §. 1. Nota de hac cognatione nihil jure Canonico cavetur diversum a jure civili.

XIII. De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suae, vel sponse.

Superest ut dicamus de cognatione carnali, quae in consanguinitatem & affinitatem dividitur. §. Consanguinitatis causa est generatio: affinitatis, nuptiae, vel concubitus. Nam consanguinei dicuntur in jure Canonico, quorum alter ab altero vel ambo ab eodem procreati sunt, ut pater & filius, patruus & filius fratris; in alia significatione jus civile consanguineos accipit pro fratribus ex eodem patre genitis. Inst. de leg. adgn. success. §. 1. §. Affinitas jure civili est inter virum & uxoris cognatos, nec non inter uxorem & viri cognatos. D. de gradib. lib. 4. §. sed quomodo. Ergo jure civili affinitas tantum ex nuptiis contrahitur, & dissolutis nuptiis tollitur, licet matrimonii prohibitio maneat. Inst. de nupt. §. affinitat. & §. seq. Jure autem pontificio etiam ex illicito coitu oritur, ut ex toto hoc titulo constat. Nulla vero affinitas est inter consanguineos viri & consanguineos

h 2 mulie-


mulieris, proinde Pater & Filius recte con-
 hunt cum matre & filia, nec non duo
 4 cum duabus sororibus. *cap. 5. §. Hoc*
 jure affinitas contrahitur vel ante nuptias
 ve sponsalia, vel post: Proinde in hoc
 statu commode dividitur in affinitatem
 antecedentem, & supervenientem, quae
 5 Affinitas superveniens non dissolvit ma-
 trimonium, nec sponsalia de praesenti, sed
 sponsalia de futuro, & privat incestu
 facultate petendi debitum matrimo-
 conjuge, quamvis ei petenti debitum
 re teneatur; item privat incestuosum
 state contrahendi quocunque tempo-
 rum matrimonium: quanquam, si
 xerit, matrimonium tenebit, ita ut
 debitum matrimoniale reddere cogatur
 tere non possit, ac poenitentiam agere
c. 1. 2. & tot. tit.

*XIV. De consanguinitate, & affi-
 nitate.*

Dictum est de affinitate supervenientem
 est, post sponsalia vel matrimonium
 tracta: jam dicamus de antecedente con-
 sanguinitate, & antecedente affinitate, de qua
 cum tria sint exponenda, videlicet defini-
 divisio, & nuptiarum prohibitio; quorum
 definitio ex supra dictis patet, reliqua

unc persequemur. §. Consanguinitatis di-
2
duo Fr
§. Hoc
te nupti
le in ho
finitate
quam
ctari po
lvit ma
sed di
in cellu
atrimo
bitum
stuosum
tempo
m, si co
ta ut fin
e cogatur
agere de
§. affi
ervenien
monium
dente con
ate, de qu
cet deb
io; quoc
reliqua
h 3 sunt

sunt inter eas generationes interjecta. Rursum
 la vero Canonica sunt tres. I. Inter ad-
 dentes & descendentes quot sunt persona
 dempta, tot sunt gradus. II. In transve-
 bus in linea aequali (id est, qui aequa
 a communi parente) quoto gradu alia
 distat a communi parente, eodem distat
 se. III. In transversalibus in linea inae-
 (id est, quorum alter propinquior est
 muni parenti, alter remotior) quoto
 remotior distat a communi parente,
 3 distat ab altero transversali. §. Haec
 nonici regulae ad vulgatam graduum
 ptionem, & ad diagramma, quod in Ep-
 Juris posui, sunt accommodatae. Sed
 an commodior, dilucidior, & uberior
 quens tabula quadrangularis.

 *Hic ponatur descriptio graduum cog-
 tionis.*

4 §. Ut perfecte hanc tabellam intelligat
 notare oportet: primum, quo ordi-
 gnatorum personae collocentur: deinde,
 modo gradus numerentur: postremo,
 personae inter se referantur: nam cog-
 est in categoria relationis, & omnis cog-
 ad cognatum refertur, ut pater ad filium
 5 lius ad patrem, frater ad fratrem. §. Quod
 primum attinet, in prima columna, quae
 descendentium, semper descendendo a
 bus ad filios progredimur; nam qui

jecta. R
Inter ad
persona
transve
aque d
radu al
m dist
nea in
uio est
quot
rente, c
. Hæ ju
duum d
od in Ep
e. Sed
uberio
duum co
ntellig
o ordi
deinde
stremo
am cog
mnis cog
ad filio
i. §. Qu
ma, qu
tendo a
a qui su
Secu
Secunda cellula, sunt filii eorum, qui sunt in
prima: & qui sunt in tertia, sunt filii eorum
qui sunt in secunda: & ita deinceps. Econ
trario in secunda columna, quæ adscenden
tium est, descendendo adscendimus, id est,
liberis ad parentes ordine servato progredimur: adeo ut qui sunt in prima cellula
secundæ columnæ, sunt filii eorum qui sunt
in secunda cellula ejusdem columnæ: & qui
sunt in secunda, sunt filii eorum qui sunt in
tertia: & ita deinceps. In reliquis columnis,
quæ transversalium, nec adscendendum, nec
descendendum est, sed per transversum pro
gredi oportet: semper enim in proxime se
quenti cellula ponuntur filii eorum, qui sunt
in cellula præcedenti; spectandæ sunt igitur
columnæ, non ut antea erectæ, sed transver
sæ: & secundum hanc inspectionem, qui sunt
in tertia cellula, sunt filii eorum, qui sunt in
secunda: & qui sunt in quarta, sunt filii eo
rum, qui sunt in tertia: & ita deinceps in tota
columna; eadem ratio est aliarum transver
sarum columnarum. §. Jam dicendum de
gradibus. Quamvis præcipuus scopus sit re
presentare in hac tabula gradus secundum
jus canonicum: tamen libuit etiam jus civile
adungere, quo facilius hæc jura inter se con
ferri possint. Quod ad jus canonicum spe
ctat, vides in hac tabella esse sex gnomones
affioribus lineis terminatos, quibus sex co
gnato-

gnatorum gradus continentur; nam primus gradus
 gnomon eos complectitur, qui sunt in primo
 gradu, secundus eos, qui sunt in secundo
 gradu, tertius eos, qui sunt in tertio: & ita deinceps
 Primus autem gradus notatur in angulo
 tertio primi gnomonis: secundus & tertius
 bis notantur, id est, in utraque gnomonis
 parte extrema, videlicet in superiori & inferiori
 sinistra tabellæ parte. Civiles autem gradus
 personis cognatorum in singulis cellulis
 assignantur. Exempli causa, nepos est in
 primo gradu computatione canonica, quod
 in secundo gnomone, & computatione
 canonica quia ei subicitur nota gradus 2. Sobrinus
 re canonico est in tertio gradu, quia
 tertio gnomone: jure civili in sexto
 gradu. Quod si vis rationem graduum intelligere
 ac per te distinguere, etiam si in tabella
 non essent: jure canonico facilis est
 computatio, quia numerandi sunt gnomones
 dictis patet; jure autem civili semper
 gradus personarum gradum adjicit, ut scribit
 Inst. de gradib. cogn. Ergo in prima
 columna descendendum & in secunda
 columna si descendendo per gradus
 numeres, gradum habebis: nam qui sunt
 in prima cellula, sunt in primo gradu: qui
 in secunda, in secundo: & ita deinceps in
 cellulis inferioribus numerus graduum augmen-

filius & pater sunt in primo gradu, quia
 sunt in primis cellulis: nepos & avus sunt in
 secundo gradu, quia sunt in secundis cellulis,
 & ita de cæteris liberis, & parentibus intelli-
 gendum. Quod vero ad transversales perti-
 net, progrediendum, ut antea monui, per
 transversum: & ita sunt computandæ cellulæ,
 facta initio a cellula ascendentium. Verbi
 gratia, in prima transversa columna, quia
 pater est in primo gradu, frater, qui est in se-
 quenti cellula, est in secundo gradu: sequens
 cellula continet patruum in tertio: deinceps
 ponitur patruelis in quarto, filii patruelis in
 quinto, &c. Eadem est omnium aliorum
 transversalium ratio. ¶ Superest, ut de rela-
 tione dicam. Duplex est hic ratio: altera
 inter ascendentes & descendentes: altera
 inter transversales: utraque autem semper est
 inter personas ejusdem gradus, sive jus civile,
 sive pontificium spectes: nec aliter fit inter
 cognatos relatio. Itaque ut sint in eodem
 gradu canonico, sunt in eodem gnomone:
 & ut sint in eodem gradu civili, habent ean-
 dem notam Arithmeticam (vulgo cifram ap-
 pellant) subjectam. Proinde qui sunt in gno-
 monum angulis in sua cellula relatum habet,
 quia non est alia cellula in eodem gnomone
 continens eandem cifram. Sic frater & soror
 inter se referuntur, & consobrini inter se, &
 sobrini inter se; & ita de cæteris angularibus

h 5 dicen-

dicendum. Extra angulos in quolibet am, u
 mone sunt duæ cellulæ eadem nota in his ux
 ta: ut in secundo gnomone nepos referatur
 ad avum, quia uterque est in secundo gradu
 civili: patruus refertur ad filium fratris
 uterque est in tertio gradu civili; in
 gnomone inter se referuntur pronepos &
 avus, quia ambo sunt in tertio gradu
 item patruus magnus, & fratris nepos
 se referuntur, quia ambo sunt in quarto
 gradu: & similiter propius sobrinus referatur
 ad filium patruelis, quia utriusque sunt in
 to gradu civili. Idem in cæteris omnibus
 tinet. Generaliter de relatione nota, se
 rationem in personis inter se relatis nota
 beri: in personis autem, per quas relata
 sonæ conjunguntur, interdum haberi. Ex
 pli causa, pater æque refertur ad filium
 & ad filiam, & filius æque ad patrem
 matrem: & patruus æque ad fratris filium
 filiam: non tamen refertur patruus ad fra
 ris filium, vel filiam; sed hoc respectu voca
 tur avunculus: quia Latina lingua inter
 truum & avunculum distinctionem ponit
 utrumque Græci promiscue *θεῖον* appellant
 § *Inst. de gradib. cognat. §. secundo gradu.*
 Affinitatis divisiones tres notentur. I. Affin
 fines locum parentum obtinent, ut vitru
 noverca, socer, socrus: alii liberorum, ut pa
 vignus, privigna, gener, nurus: alii transver
 sarii

quolibet, ut fratria, sororius, levir, glos, id est, fra-
tris uxor, sororius maritus, viri vel uxoris
frater, viri vel uxoris soror. *D. eod. l. 4. §. &*
quidem. & §. seq. & Instit. de nupt. §. affinita-
tis. & §. seq. II. Etsi affinitatis gradus jure
civilis nulli sunt. *d. l. 4. §. gradus:* (quia cum
graduum causa sit generatio, quæ inter affi-
nes considerari non potest, certe in affinibus
gradus constitui non possunt) tamen jure
pontificio recte gradus ponuntur etiam inter
affines nova & Theologica ratione: quia
cum conjuges sint una caro, quoto consan-
guinitatis gradu est Titius vel Titia, recte eo-
dem gradu affinitatis censentur mihi esse
uxor Titii, vel maritus Titia. III. affinita-
tis tria sunt genera: & quam rationem ha-
bet primum genus affinitatis ad consanguini-
tatem, eandem habet secundum affinitatis
genus ad primum, & tertium ad secundum.
Nam personæ per nuptias sive coitum adje-
ctio necessitudinem mutat. Primum igitur
genus affinitatis contrahitur per unam per-
sonam, secundum per duas, tertium per tres;
exemplis res fiet perspicua. Frater meus est
mihi consanguineus: hic si Mæviam uxorem
ducat, Mæviam est mihi affinis in primo gene-
re affinitatis; sive, mortuo fratre meo, Mæviam
nubere Titio: Titius est mihi affinis in
secundo affinitatis genere: pone, Mæviam de-
functam, Titium copulari cum Caja: hæc mihi
affinis

affinis in tertio genere dicitur. Dicitur
 duorum consanguineorum uxores, vel
 duarum consanguinearum mariti, vel
 sanguinei uxor & consanguineæ mariti
 inter se affines in secundo genere. Dicitur
 conjux nostri consanguinei vel consanguineæ,
 neæ, est nobis affinis in primo genere.
 jux autem personæ affinis in primo genere
 affinis in secundo genere: & conjux personæ
 affinis in secundo genere, est affinis in
 tertio genere. §. His expositis jam de nuptiarum
 prohibitione, quæ ex consanguinitate
 nitate sumitur, regulas quasdam subjiciam.
 I. Inter parentes & liberos, & inter
 qui parentum & liberorum loco inter se
 nuptiæ indistincte prohibentur utroque
 tam civili, quam canonico. *Inst. de nuptiis*
ergo non omnes §. affinitatis. §. §.
D. de gradib. l. 4. §. hoc itaque. etiam in
 do genere affinitatis, ut est jure civili
 sum in *l. uxorem 15. D. de ritu nuptiarum*.
 peritur jure Pontificio correctum; quod
 spicuum est *cap. pen. hujus tituli*, quod
 ptiarum prohibitionem tollit in secundo
 tertio affinitatis genere, tantum loquitur
 transversalibus. Quocirca puto manere
 antiquum in adscendentibus & descendenti-
 bus: consequenter inter has personas prohi-
 beri nuptias etiam in tertio genere affinitatis
 ut mihi videtur publicæ honestati consensum.

